·BIBLIOTECA·
·LVCCHESI·PALLI·

Grande Sala o.l.
9. II. 2
11 (13

III 9 II 11 (13

79551

LE

OPERE POSTUME

DI

VITTORIO ALFIERI

VOLUME XIII

BRESCIA

PER NICOLÒ BETTONI

MDCCCIX

COMMEDIE

DI

PUBLIO TERENZIO

TRADOTTE

DA

VITTORIO ALFIERI

COL TESTO A FRONTE

P. TERENTII

EUNUCHUS

ACTA LUDIS MEGALENSIBUS, L. POSTUMIO ALBINO, L. CORNELIO MERULA AEDILIBUS CURULIBUS. EGERE L. AMBIVIUS TURPIO, L. ATTILIUS PRAENESTINUS. MODULAVIT FLACCUS CLAUDII, TIBIIS DUABUS, DEXTRIS. GRAECA MENANDRU. ACTA II. M. VALERIO, C. FANNIO COSS.

PERSONAE

PROLOGUS
PHAEDRIA, ADOLESCENS
PARMENO, SERVUS
THAIS, MERETRIX
GNATHO, PARASITUS
CHAEREA, ADOLESCENS
THRASO, MILES
PYTHIAS, ANCILLA
CHREMES, ADOLESCENS RUSTICUS
ANTIPHO, ADOLESCENS
DORIAS, ANCILLA
DORUS, EUNUCHUS
SANGA, COQUUS
SOPHRONA, NUTRIX
LACHES, SENEX

PERSONAE MUTAE

Simalio, *Donax*, *Syriscus* } militis servi
Pamphila, adolescentula

PERSONAGGI

ANTIFONE } GIOVANI
CHEREA }

CREMÉTE, GIOVANE ALLEVATO IN VILLA

DORIA, SERVA

DORO, EUNUCO

GNATONE, PARASÍTO

LACHETE, VECCHIO

PARMÉNONE, SERVO

FEDRIA, GIOVANE

PITIA, SERVA

SANGA, CUOCO

SUFRONA, NUTRICE

TAIDE, MERETRICE

TRASONE, SOLDATO

STRATONE, soldato } Che non parlano.
SIMALIONE, servo
PANFILA, giovinetta
SIRÍSCO } SERVI
SANNIONE }
DORACE }

EUNUCHI

ARGUMENTUM

C. SULPICIO APOLLINARI

AUCTORE

Sororem falso dictitatam Thaidis,
Id ipsum ignorans, miles advexit Thraso,
Ipsique donat. Erat haec civis Attica.
Eidem Eunuchum, quem emerat, tradi jubet
Thaidis amator Phaedria, ac rus ipse abit,
Thrasoni oratus biduum concederet.
Ephebus frater Phaedriae puellulam
Cum deperiret dono missam Thaidi,
Ornatu Eunuchi induitur. Suadet Parmeno:
Introiit: vitiat virginem. Sed Atticus
Civis repertus frater ejus, conlocat
Vitiatam ephebo: Phaedriam exorat Thraso.

P. TERENTII

EUNUCHUS

PROLOGUS

Si quisquam est, qui placere se studeat bonis
Quam plurimis, et minime multos laedere;
In his poeta hic nomen profitetur suum.
Tum si quis est, qui dictum in se inclementius
Existimavit esse, sic existimet,
Responsum, non dictum esse, quia laesit prior:
Qui bene vertendo, et easdem scribendo male, ex
Graecis bonis Latinas fecit non bonas:
Idem Menandri Phasma nunc nuper dedit:
Atque in Thesauro scripsit, causam dicere
Prius unde petitur, aurum quare sit suum,
Quam illic, qui petit, unde is sit thesaurus sibi,
Aut unde in patrium monumentum pervenerit:
Dehinc, ne frustretur ipse se, aut sic cogitet;

Defunctus jam sum, nihil est quod dicat mihi:
Is ne erret, moneo, et desinat lacessere.
Habeo alia multa, quae nunc condonabitur:
Quae proferentur post, si perget laedere;
Ita ut facere instituit. Nunc quam acturi sumus
Menandri Eunuchum, postquam aediles emerunt;
Perfecit, sibi ut inspiciundi esset copia.
Magistratus cum ibi adesset, occepta est agi.
Exclamat, furem, non poetam fabulam
Dedisse, et nil dedisse verborum tamen:
Colacem esse Naevi, et Plauti veterem, fabulam:
Parasiti personam inde ablatam, et militis.
Si id est peccatum, peccatum imprudentia est
Poetae: non quo furtum facere studuerit.
Id ita esse, vos jam judicare poteritis.
Colax Menandri est: in ea est parasitus Colax,
Et miles gloriosus: eas se hic non negat
Personas transtulisse in Eunuchum suam
Ex Graeca: sed eas fabulas factas prius
Latinas scisse sese, id vero pernegat.
Quod si personis isdem uti aliis non licet:

Qui magis licet currentes servos scribere,
Bonas matronas facere, meretrices malas,
Parasitum edacem, gloriosum militem,
Puerum supponi, falli per servum senem,
Amare, odisse, suspicari? denique
Nullum est jam dictum, quod non dictum sit prius.
Quare aequum est vos cognoscere, atque ignoscere,
Quae veteres factitarunt, si faciunt novi.
Date operam, et cum silentio animadvortite,
Ut pernoscatis, quid sibi Eunuchus velit.

L' EUNUCO

EUNUCHUS

ACTUS PRIMUS

SCENA PRIMA

PHAEDRIA, PARMENO

PHAEDRIA

Quid igitur faciam? non eam? ne nunc quidem,
Cum accersor ultro? an potius ita me comparem,
Non perpeti meretricum contumelias?
Exclusit, revocat: redeam? non, si me obsecret.

PARMENO

Siquidem hercle possis, nil prius, neque fortius:
Verum si incipies, neque pertendes gnaviter,
Atque, ubi pati non poteris, cum nemo expetet,
Infecta pace, ultro ad eam venies, indicans

L' EUNUCO

ATTO PRIMO

SCENA PRIMA

FEDRIA, PARMENONE

FEDRIA

Che farò dunque? i' non v'andrò? nè pure
Ora, invitato? ah! non sarebbe ei meglio,
Non soffrir più di meretrici oltraggio?
Or mi scaccia, or mi chiama: e ch'io vi torni?
No, mai; nè s'ella me ne scongiurasse.

PARMÉNONE

Pur che durassi tu! per dio, nè cosa
Miglior mai, nè più maschia, far potresti:
Ma incominciare, e non persister poi;
E venir poi, non ricercato, e ancora
Guasto con essa, dicendo e piangendo:

Te amare, et ferre non posse; actum est,
ilicet,
Peristi: eludet, ubi te victum senserit.
Proin tu, dum est tempus, etiam atque etiam
hoc cogita,
Here, quae res in se neque consilium neque
modum
Habet ullum, eam consilio regere non potes.
In amore haec omnia insunt vitia, injuriae,
Suspiciones, inimicitiae, induciae,
Bellum, pax rursum: incerta haec si tu postules,
Ratione certa facere, nihilo plus agas,
Quam si des operam, ut cum ratione insanias.
Et quod nunc tute tecum iratus cogitas:
Egone illam? quae illum? quae me? quae non?
sine modo,
Mori me malim: sentiet qui vir siem.
Haec verba una mehercle falsa lacrumula,
Quam oculos terendo misere, vix vi expres-
serit,
Restinguet; et te ultro accusabis: et ei dabis
Ultro supplicium.

PHAEDRIA

Indignum facinus! nunc ego et
Illam scelestam esse, et me miserum sentio:

» Che non puoi più, che l'ami, che ti senti
» Morire, e che so io; » allor sei fritto;
Tosto che vinto ella ti vegga, i bindoli
Ricominciano. Or dunque, fin ch'è tempo,
Pensaci, deh! ripensaci, o padrone.
Vuoi tu col senno regger, ciò che scnno
In se non cape, nè misura alcuna?
Son questi tutti i guai d'amore; offese,
Sospetti, asprezze, riappicchi, guerra,
E poi tregua; e poi pace, e guerra ancora:
Regole certe a un'arte tanto incerta
Ire adattando, e'fora appunto il dare
Metodi alla pazzia. Questi tuoi sdegni,
Ch'or fra te stesso dir ti fanno: » Io, amarla?
» Colei, che un altro?... colei, che a me stesso?..
» Colei, che più non?.. lascia omai, ch'io mora;
» Morir prescelgo; udrà qual uom io sia.... »
Queste parole tue tutte, una sola
Falsa sua lagrimuccia, stentatella,
E dagli occhi, fregandoli, spremuta,
Tutte vane faralle: e tu te stesso
Incolperai, tu primo; e primo darle
Vorrai regali, per placarla.

FEDRIA

Ahi stato
Indegno! or sì, la reità di lei

Et taedet: et amore ardeo: et prudens, sciens,
Vivus, vidensque pereo: nec, quid agam, scio.

PARMENO

Quid agas? nisi ut te redimas captum quam queas
Minimo: si nequeas paululo, at quanti queas:
Et ne te adflictes.

PHAEDRIA

Itane suades?

PARMENO

Si sapis:
Neque, praeterquam quas ipse amor molestias
Habet, addas; et illas, quas habet, recte feras.
Sed ecca ipsa egreditur, nostri fundi calamitas:
Nam quod nos capere oportet, haec intercipit.

Ben tutta sento, e la miseria mia.
Ardo, e men duole; e n'ardo pure: io veggo,
E conosco, e mi sento, ad oncia ad oncia
Consumar, sì; ma non so, che mi faccia.

PARMÉNONE

Che ti faeci? e che fare altro ti resta,
Che riseattarten per quel men potrai;
E se nol puoi per poco, per quel tanto
Che pur potrai, senza accorarti.

FEDRIA

A questo
Mi esorti dunque?

PARMÉNONE

A ciò, se savio sei;
Se fastidj ad amor, più ch'ei non n'abbia,
Non eerchi aggiunger tu; se regger sai
Que', ch'egli ha pure. Ma, eeco Taide stessa,
Ch'esce di easa. Eeco il malanno nostro,
Che la raccolta nostra in erba miete.

SCENA SECUNDA

THAIS, PHAEDRIA, PARMENO

THAIS

Miseram me! vereor ne illud gravius Phaedria
Tulerit, neve aliorsum, atque ego feci, acce-
perit,
Quod heri intromissus non est.

PHAEDRIA

Totus, Parmeno,
Tremò horreoque, postquam aspexi hanc.

PARMENO

Bono animo es:
Accede ad ignem hunc, jam calesces plus
satis.

THAIS

Quis hic loquitur? Hem, tun' hic eras, mi
Phaedria?
Quid hic stabas? cur non recta introibas?

PARMENO

Caeterum
De exclusione verbum nullum.

SCENA SECONDA

TAIDE, FEDRIA, PARMENONE

TAIDE

Misera me! temo, che in mala parte,
Troppo più ch'io nol volli, preso s'abbia
Fedria l'avergli jeri a me l'ingresso
Fatto io vietare.

FEDRIA

Alla sua vista, ahi! tutto
Rabbrividisco, Parménone, e tremo.

PARMÉNONE

Via, lieto sta; fuoco ben è codesto
Da riscaldarti, e più che non fa d'uopo.
Appressati, su.

TAIDE

Chi, costà favella?
Oh! Fedria, tu? quì, Fedria mio, ti stavi?
Perchè a drittura non entrare?

PARMÉNONE

E un motto
Neppur gli fa di jeri del rifiuto.

THAIS

Quid taces?

PHAEDRIA

Sane quia vero hae mihi patent semper fores,
Aut quia sum apud te primus.

THAIS

Missa istaec face.

PHAEDRIA

Quid, missa? O Thais, Thais, utinam esset mihi
Pars aequa amoris tecum; ac pariter fieret,
Ut aut hoc tibi doleret itidem, ut mihi dolet;
Aut ego istuc abs te factum nihili penderem.

THAIS

Ne crucia te, obsecro, anime mi, mi Phaedria.
Non pol, quo quemquam plus amem, aut plus diligam,
Eo feci: sed ita erat res, faciundum fuit.

PARMENO

Credo, ut fit, misera prae amore exclusisti hunc foras.

THAIS

Siccine ais. Parmeno? age. Sed, huc qua gratia

TAIDE

Ma, perchè taci?

FEDRIA

Eh! veramente, aperto
Mi è sempre l'uscio tuo: quando i'son primo,
Ne'vero?

TAIDE

A monte, questo.

FEDRIA

A monte? O Taide,
Volesse il cielo, o Taide, che ugual parte
Avessi tu del gran fuoco che m'arde!
O fossimo almeu pari! o tu in dolerti,
Quant'io mi dolgo; o in non curarmen io,
Come di me non curi.

TAIDE

Deh! scongiuroti,
Fedria mio, non crucciarti; anima mia;
Nol feci io già, davver, perch'uom del mondo
Di te il più amato, o il più adorato, io m'abbia;
Ma, perch'io far non poteva altrimenti.

PARMÉNONE

Poverina, i'mel credo, tu il cacciasti
Ier, come suolsi, perchè troppo l'ami.

TAIDE

Burlar tu credi, o Parménone; e il vero

Te accersi jussi, ausculta.

PHAEDRIA

Fiat.

THAIS

Dic mihi
Hoc primum, potin' est hic tacere?

PARMENO

Egone? optume.
Verum heus tu, lege hac tibi meam adstringo fidem:
Quae vera audivi, taceo, et contineo optume:
Sin falsum, aut vanum, aut fictum est, continuo palam est.
Plenus rimarum sum, hac atque illac perfluo.
Proin tu, taceri si vis, vera dicito.

THAIS

Samia mihi mater fuit: ea habitabat Rhodi.

PARMENO

Potest taceri hoc.

THAIS

Ibi tum matri parvolam
Puellam dono quidam mercator dedit,
Ex Attica hinc abreptam.

PHAEDRIA

Civemne?

Pur dici. Or odi, o Fedria, cagione
Per cui chiamar ti fea.

FEDRIA

Ti ascolto.

TAIDE

In prima,
Dimmi; un segreto, il può tener costui?

PARMÉNONE

Io? mai sì, perfettissimo. Ma, bada:
Sai tu a qual patto al silenzio mi astringo?
Che se il segreto è verità, e'mi cape
In corpo a maraviglia; ma, s'ei fosse
Favola, o inezia, o finzíone, io tosto
Lo butto là: per tai segreti, io sono
Tutto bocca; e mi scappan da ogni lato.
Se vuoi ch'io il taccia, sii verace dunque.

TAIDE

Da Samo era mia madre, e in Rodi stava....

PARMÉNONE

Tacer ciò posso.

TAIDE

Ivi donata gli era
Da un mercatante una bambina tolta
Dall' Attica, e quì tratta.....

FEDRIA

Cittadina?

THAIS

Arbitror:

Certum non scimus: matris nomen et patris
Dicebat ipsa: patriam et signa caetera
Neque scibat, neque per aetatem etiam potuerat.
Mercator hoc addebat, e praedonibus,
Unde emerat, se audisse, abreptam e Sunio.
Mater ubi accepit, coepit studiose omnia
Docere, educere, ita uti si esset filia.
Sororem plerique esse credebant meam.
Ego cum illo, quo cum tum uno rem habebam,
hospite,
Abii huc: qui mihi reliquit haec, quae habeo,
omnia.

PARMENO

Utrumque hoc falsum est: effluet.

THAIS

Qui istuc?

PARMENO

Quia
Neque tu uno eras contenta, neque solus dedit:
Nam hic quoque bonam magnamque partem ad
te attulit.

TAIDE

Mel penso: ma, di certo nol sapemmo.
Essa del padre e madre i nomi soli
Dicea; del resto, e della patria loro,
Nulla saper, per poca età, potea.
Aggiungea il mercatante, essergli detto
Da' corsari onde compra ei l'ebbe, ch'ella
Rapita era da Sunnio. Addottrinarla,
Con molta cura, in ogni cosa, tosto
Incominciò mia madre, quasi fosse
La propria figlia sua: tal, che da molti
Per mia sorella era tenuta. Io venni
Frattanto quì con quel straniero mio,
Che solo allora erami amante; e tutto,
Quant'hommi al mondo, poscia mi lasciava.

PARMÉNONE

Adagio un po': due cose, e due menzogne;
Oh! come taccio?

TAIDE

Due menzogne? e come?

PARMÉNONE

Nè solo amante ei t'era allor; nè tutto,
Quant'hai, ti dava; e' c'è del nostro ancora,
Nè poco, parmi, in casa Taide.

THAIS

Ita est. Sed sine me pervenire, quo volo.
Interea miles, qui me amare occeperat,
In Cariam est profectus: te interea loci
Cognovi. Tute scis, postilla quam intumum
Habeam te, et mea consilia ut tibi credam
omnia.

PHAEDRIA

Ne hoc quidem tacebit Parmeno.

PARMENO

Oh, dubiumne id est?

THAIS

Hoc agite, amabo. Mater mea illic mortua
est
Nuper: ejus frater aliquantum ad rem est
avidior.
Is ubi hanc forma videt honesta virginem,
Et fidibus scire, pretium sperans, illico
Producit, vendit. Forte fortuna adfuit
Hic meus amicus: emit eam dono mihi,
Imprudens harum rerum ignarusque omnium.
Is venit: postquam sensit me tecum quoque
Rem habere, fingit causas, ne det, sedulo:
Ait, si fidem habeat, se iri praepositum tibi

TAIDE

È vero.
Ma, dir mi lascia quel che importa. Intanto
Partì per Caria quel guerrier, che un poco
Erasi dato a corteggiarmi; ed io,
In quel frattempo ti conobbi. Appieno
Il sai tu stesso, da quel punto in poi,
Quant'io tenessi intimo te, quant'io
Te scorta fessi ad ogni mio consiglio.

FEDRIA

Nè quì tacer Parménone pur puote.

PARMÉNONE

No, di certo, per dio.

TAIDE

Di grazia, zitti.
Muor frattanto mia madre: la zitella
D'un suo fratello in man rimane: è questi
Interessato anzi che no. Veduta
Ch'egli ha la vergin crescere in bellezza,
E in virtù varie, musica, tra l'altre;
Avido di guadagno, ei l'esibisce
Tosto, e la vende. A buona sorte, capita
Colà il soldato amico mio; la compra,
E, d'ogni cosa ignaro, a me l'annunzia
In dono. Ei giunge; avvedesi, ch'io teco
Ho pur che fare; a bello studio quindi

Apud me, ac non id metuat, ne, ubi eam acceperim,
Sese relinquam, velle se illam mihi dare;
Verum id vereri. Sed, ego quantum suspicor,
Ad virginem animum adjecit.

PHAEDRIA

Etiamne amplius?

THAIS

Nil: nam quaesivi. Nunc ego eam, mi Phaedria,
Multae sunt causae, quamobrem cupiam abducere.
Primum, quod soror est dicta: praeterea, ut suis
Restituam ac reddam. Sola sum: habeo hic neminem,
Neque amicum, neque cognatum. Quamobrem, Phaedria,
Cupio aliquos parare amicos beneficio meo.
Id, amabo, adjuta me, quo id fiat facilius.
Sine illum priores partes hosce aliquot dies
Apud me habere. Nihil respondes?

PHAEDRIA

Pessuma!
Egon' quidquam cum istis factis tibi respondeam?

Trova pretesti, onde non farmi il dono.
Che, s'ei potesse credersi anteposto
A Fedria in ver da me; s'ei non temesse,
Ch'io, ricevuto il dono, nol piantassi,
La mi darebbe: dice: ma ciò troppo
Fargli paura: e tali cose dice.
Ma io, per me, sospetto forte, ch'egli
Su la donzella ha posto gli occhi.

FEDRIA

Havvi altro?

TAIDE

No; tutto dissi. Or, Fedria mio, per molte
Cagioni, averla io pur vorrei. Da prima;
Perch'emmi suora quasí; e inoltre, a'suoi
Restituirla, aggradiriami. Io stommi
Soletta quì; non ho in Atene nullo,
Nè parente, nè amico: alcun vorrei,
Quindi, o Fedria, con qualche oprar mio grato,
Cattivarmene. Pregoti, a ciò piacciati
Facilitarmi col tuo ajuto i mezzi.
Permetti, ch'appo me, per pochi giorni,
Credasi, e paja, o il solo o il più gradito,
Codesto mio guerriero.

FEDRIA

Ahi trista! e a tale
Proposta mai poss'io risponder?

PARMENO

Eu noster! laudo. Tandem perdoluit: vir es.

PHAEDRIA

At ego nescibam, quorsum tu ires. Parvola
Hinc est abrepta: eduxit mater pro sua:
Soror est dicta: cupio abducere, ut reddam
suis.
Nempe omnia haec nunc verba huc redeunt
denique:
Ego excludor, ille recipitur. Qua gratia?
Nisi illum plus amas, quam me, et istam nunc
times,
Quae advecta est, ne illum talem praeripiat tibi.

THAIS

Egon' id timeo?

PHAEDRIA

Quid te ergo aliud solicitat, cedo?
Num solus ille dona dat? nunc ubi meam
Benignitatem sensisti in te claudier?
Nonne, ubi mihi dixti cupere te ex Aethiopia
Ancillulam, relictis rebus omnibus,
Quaesivi? Eunuchum porro dixti velle te,
Quia solae utuntur his reginae: repperi.
Heri minas viginti pro ambobus dedi:

PARMÉNONE

Viva
Il padron nostro! Al fin gli scotta: un uomo
Al fiu tu sei.

FEDRIA

Stolto! ad udirti io stava,
Senza veder ove a ferir venivi!
La fanciullina; e i rapitori; e presso
Alla madre, qual propria sua figlia;
E quasi suora mia; renderla a'suoi;
E tutto questo rimestío conchiude;
» Fedria dà loco, ed il guerrier.... » Per dio;
Ch'altro esser può, se non che lui più assai
Ami di me? e paventi, che a lui piaccia,
Più assai di te, la giovinetta?

TAIDE

Io? questo?...

FEDRIA

Tu, questo, sì; ch'altro angustiar ti puote?
Forse che solo ei ti regala? aperte
Non fur per te di Fedria ognor le mani?
Dell'Etiopa servetta in voglia appena
Entrasti, io forse, ogni mio affar posposto,
Non la cercava, e la ti dava? e poscia,
Quando l'Eunuco anco volesti, a guisa
Delle regine, a'tuoi servigj, io l'ebbi

Tamen contemptus abs te, haec habui in memoria
Ob haec facta abs te spernor.

THAIS

Quid istic, Phaedria?
Quanquam illam cupio abducere, atque hac re arbitror
Id fieri posse maxume: veruntamen,
Potius quam te inimicum habeam, faciam uti jusseris.

PHAEDRIA

Utinam istuc verbum ex animo ac vere diceres,
Potius quam te inimicum habeam. Si istuc crederem
Sincere dici, quidvis possem perpeti.

PARMENO

Labascit, victus uno verbo, quam cito?

THAIS

Ego non ex animo misera dico? quam joco
Rem voluisti a me tandem, quin perfeceris?
Ego impetrare nequeo hoc abs te, biduum
Saltem ut concedas solum.

Tosto trovato: e mine venti io spesi
Pe' due, pur jeri. Ma, che pro? sprezzato
Io, per tai doni, era da te: per questo,
Per null'altro, rammentoli.

TAIDE

Che giova,
Fedria, ciò dirmi? È ver, ch'io la donzella
Fortemente desidero; ed è vero,
† Che, ad ottenerla, così far si possa
Veracemente credo. Ma, vo' pria
Che inimicarmi Fedria, obbedirlo.

FEDRIA

Piacesse al ciel, che di mente e di cuore
Tu proferissi questi detti! *pria*
Che inimicarmi Fedria. Se franco
Tal dir credessi, sopportar potrei
Qualunque cosa.

PARMÉNONE

Ahi, eh'ei vacilla! e vinto
† Da un motto solo? e così tosto?

TAIDE

Di cuor nol dico? ahi lassa me! qual cosa,
Fosse o no di rilievo, da me mai
Non ottenevi, chiestala? ed ora, io,
Da te non posso, almeno per due giorni,
Ottener che di loco un po' tu ceda?

PHAEDRIA

Siquidem biduum.
Verum ne fiant isti viginti dies.

THAIS

Profecto non plus biduum, aut.

PHAEDRIA

Aut? nihil moror.

THAIS

Non fiet: hoc modo sine te exorem.

PHAEDRIA

Scilicet
Faciundum est, quod vis.

THAIS

Merito te amo. Bene facis.

PHAEDRIA

Rus ibo: ibi hoc me macerabo biduum:
Ita facere certum est: mos gerundus est Thaidi.
Tu, Parmeno, huc fac illi adducantur.

FEDRIA

Due dì?... se soli e'fusser due: ma, temo
Che i due divengan venti....

TAIDE

Appunto, due;
E nulla più; se non....

FEDRIA

Se non?... nè un'ora
Di più ti do.

TAIDE

Tal patto accetto; e tale
D'accordarmel ti prego.

FEDRIA

Eh! già s'intende;
Bisogna sempre cederti.

TAIDE

Pur buono
Tu sei per me; t'amo a ragione.

FEDRIA

In villa
Andrommene frattanto: struggerommivi
Questi due dì. Son risoluto. A Taide
Vuolsi obbedir. — Parménone, tu bada,
Che ad essa quì l'Eunuco mio si tragga,
E la servetta Etíopa.

PARMENO

Maxume.

PHAEDRIA

In hoc biduum, Thais, vale.

THAIS

Mi Phaedria,

Et tu. Numquid vis aliud?

PHAEDRIA

Egone quid velim?

Cum milite isto praesens, absens ut sies:
Dies noctesque me ames: me desideres:
Me somnies: me expectes: de me cogites:
Me speres: me te oblectes: mecum tota sis:
Meus fac sis postremo animus, quando ego sum tuus.

THAIS

Me miseram! forsitan hic mihi parvam habeat fidem,
Atque ex aliarum ingeniis nunc me judicet.
Ego pol, quae mihi sum conscia, hoc certo scio,
Neque me finxisse falsi quidquam, neque meo
Cordi esse quenquam cariorem hoc Phaedria:
Et quidquid hujus feci, causa virginis
Feci: nam me ejus fratrem spero propemodum

PARMÈNONE

Fia fatto.

FEDRIA

Taide, addio; per due giorni.

TAIDE

Addio tu pure,
O Fedria mio. Poss' altro per te omai?

FEDRIA

Eh! puoi, se il vuoi; deh! pregoti, coll' alma
Non sii tu mai con codesto soldato,
Benchè al fianco ei ti stia: con me le notti,
Con me i due dì, bramandomi, chiamandomi,
Pensando a me, di me sognando; e in somma,
Tutta sii meco, tutta: e fa ch' io solo
Sia il tuo pensier, come tu il mio sei sempre. (1)

TAIDE (2)

Misera me! fors' egli in me non fida
Più che non suolsi nell' altre mie pari:
Ma, di me stessa io conscia, assai ben certo
So, che del ver nulla alterai con esso,
E che di lui non ho al mondo il più caro.
Nè cagion altra in tutto ciò mi muove,
Che il ben della donzella; e già già quasi
Aver trovato il suo fratello, spero;

(1) Esce.
(2) Sola.

Jam reperisse, adolescentem adeo nobilem: et
Is hodie venturum ad me constituit domum.
Concedam hinc intro, atque expectabo, dum
venit.

Ed esser debbe un giovinetto assai
Ben nato. Ma, vo' entrare ad aspettarlo;
Ch' esser da me promisemi ei quest' oggi.

ACTUS SECUNDUS

SCENA PRIMA

PHAEDRIA, PARMENO

PHAEDRIA

Fac ita, ut jussi, deducantur isti.

PARMENO

Faciam.

PHAEDRIA

At diligenter.

PARMENO

Fiet.

RHAEDRIA

At mature.

PARMENO

Fiet.

PHAEDRIA

Satin' hoc mandatum est tibi?

ATTO SECONDO

SCENA PRIMA

FEDRIA, PARMENONE

FEDRIA

Fa quanto imposi; a lei costor sian tratti.

PARMÉNONE

Farò.

FEDRIA

Ma, bene.

PARMÉNONE

Appunto.

FEDRIA

Ma, al più presto.

PARMÉNONE

Appuntino.

FEDRIA

Poss'io davver fidarmi,
Che ben tu il compi?

PARMENO

Ah, rogitare? quasi difficile siet. Utinam
Tam aliquid facile invenire possis, Phaedria,
Quam hoc peribit.

PHAEDRIA

Ego quoque una pereo, quod mi est carius.
Ne istuc tam iniquo patiare animo.

PARMENO

Minime: quin
Effectum dabo. Sed nunquid aliud imperas?

PHAEDRIA

Munus nostrum ornato verbis, quod poteris: et
Istum aemulum, quod poteris, ab ea pellito.

PARMENO

Memini, tametsi nullus moneas.

PHAEDRIA

Ego rus ibo, atque ibi manebo.

PARMENO

Censeo.

PARMÉNONE

Oh! il pensi? È questo forse,
Cosa difficil tanto? Al ciel piacesse,
Fedria, che tu potessi altro acquistare
Sì facilmente, come fian perduti
Questi doni per te!

FEDRIA

Perduto io pure
Son, per me stesso; il che più assai mi duole;
Non travagliarti omai de' doni, adunque.

PARMÉNONE

Obbedirò, senza più dire. Evvi altro,
Ch'io eseguir debba?

FEDRIA

Abbellirai co' detti
Anco il regalo, a posta tua. Procura
Pure, a tua posta, di cacciar codesto
Mio rival dal suo core.

PARMÉNONE

Ci s'intende:
Se nol dicevi, anco il facea.

FEDRIA

Men vado
In villa intanto; e là starommi.

PARMÉNONE

Io 'l credo.

PHAEDRIA

Sed heus tu.

PARMENO

Quid vis?

PHAEDRIA

Censen' posse me obfirmare et
Perpeti, ne redeam interea?

PARMENO

Te ne? non hercle arbitror:
Nam aut jam revertere, aut mox noctu te adiget horsum insomnia.

PHAEDRIA

Opus faciam, ut defatiger usque, ingratiis ut dormiam.

PARMENO

Vigilabis lassus: hoc plus facies.

PHAEDRIA

Ah, nil dicis, Parmeno.
Ejiciunda hercle haec mollities animi: nimis me indulgeo.
Tandem ego non illa caream, si sit opus, vel totum triduum?

PARMENO

Hui!

FEDRIA

Ma; oimè! tu credi?...

PARMÉNONE

Cos'è stato?

FEDRIA

Credi,
Ch'io possa intanto patire, e durarla
Di non tornare?

PARMÉNONE

Tu? per dio, nol penso.
Ch'anzi, o tra poco darai volta; ovvero,
Al più tardi, sta notte, quì trarratti
L'*insonnia.*

FEDRIA

Tanto vedrò di stancarmi
Quest'oggi, ch'abbia a dormir poi per forza.

PARMÉNONE

Veglierai stanco; ed ecco il tuo guadagno.

FEDRIA

Ah! questo è troppo. Un uomo al fin mostrarmi
Voglio una volta: troppo mi lascio ire.
Ch'io non abbia, o Parménone, a potermi
Spiccicar, bisognando, da costei
Anco tre giorni interi?

PARMÉNONE

Oh maraviglia!

Univorsum triduum? vide quid agas.

PHAEDRIA

Stat sententia.

PARMENO

Dii boni! quid hoc morbi est? adeon' homines immutarier
Ex amore, ut non cognoscas eundem esse? hoc nemo fuit
Minus ineptus, magis severus quisquam, nec magis continens.
Sed quis hic est, qui huc pergit? at at, hic quidem est parasitus Gnatho
Militis. Ducit secum una virginem dono huic: papae!
Facie hónesta. Mirum, ni ego me turpiter hodie hic dabo
Cum meo decrepito hoc Eunucho. Haec superat ipsam Thaidem.

Tre volte intere l'ore ventiquattro?
Troppo ti vanti.

FEDRIA

E appunto in ciò son fermo. (1)

PARMÉNONE (2)

Giove mio! qual malanno è questo amore?
Ei cangia l'uom, che più nol riconosci.
Chi men di Fedria inetto? chi mai s'era
Più continente, o più austero, di lui? —
Ma, chi è costui che viene?... Oh! zitto: è quesù
Il parasíto del guerrier, Gnatóne.
Olà! con esso una donzella in dono
A Taide ei mena? Ed è bellina. Ahi! ch'io
Temo far oggi la trista figura
Quì presentando quel mio vecchio Eunuco.
Questa, è più bella della stessa Taide.

(1) Esce.
(2) Solo.

SCENA SECUNDA

GNATHO, PARMENO

GNATHO

Dii immortales! homini homo quid praestat! stulto intelligens

Quid interest! hoc adeo ex hac re venit in mentem mihi:

Convenī hodie adveniens quendam mei loci hinc atque ordinis,

Hominem haud impurum, itidem patria qui abligurierat bona.

Video sentum, squalidum, aegrum, pannis annisque obsitum.

Quid istuc, inquam, ornati est? Quoniam nihil ser, quod habui, perdidi.

Hem, quo redactus sum! omnes noti me atque amici deserunt.

Hic ego illum contemsi prae me: Quid, homo, inquam, ignavissime?

Itan' parasti te, ut spes nulla reliqua in te siet tibi?

Simul consilium cum re amisti? viden' me ex eodem ortum loco?

Qui color, nitor, vestitus, quae habitudo est corporis?

SCENA SECONDA

GNATONE, PARMENONE

GNATONE

Quanto mai corre (oh buono Iddio) dall'uno
All'altr'uom! dall'accorto, al scimunito!
A ciò mi sforza or di pensar, colui
Ch'io m'incontrai stamane: un uom mio pari,
Del mio paese stesso; un uom, non gretto,
Che, com'io, quanta roba ebbe dal padre,
Tanta mangiossi. Il trovo, lordo, squallido,
Vecchiccio, infermo, e quattro cenci indosso.
Ond'è (gli dico) questo bel tuo arredo?
Tapino me! tu il vedi, a che ridotto;
Quant'ebbi, è ito; e conoscenti, e amici,
Tutti le spalle hanmi voltate. Io, allora,
Vistolo a me sì inferior, ripiglio:
Poltron, dappoco, a tal ti conducesti,
Che nè sperare in chi pur sai? la roba,
E in un con essa, anco perdesti il capo?
Vedi tu me, tuo paesan, tuo pari,
Che bel color, che nitido, che pingue,
Che ben vestito io sono? ho tutto questo,
E sì non ho nulla del mio: niente,

Omnia habeo, neque quidquam habeo: nil cum est, nil defit tamen.

At ego infelix neque ridiculus esse, neque plagas pati

Possum. Quid? Tu his rebus credis fieri? Tota erras via.

Olim isti fuit generi quondam quaestus apud seclum prius.

Hoc novum est aucupium: ego adeo hanc primus inveni viam.

Est genus hominum, qui esse primos se omnium rerum volunt,

Nec sunt. Hos consector: hisce ego non paro me ut rideant,

Sed eis ultro arrideo, et eorum ingenia admiror simul:

Quidquid dicunt, laudo: id rursum si negant, laudo id quoque:

Negat quis? nego: ait? aio: postremo, imperavi egomet mihi,

Omnia assentari. Is quaestus nunc est multo uberrimus.

PARMENO

Scitum hercle hominem! hic homines prorsum ex stultis insanos facit.

GNATHO

Dum haec loquimur, interea loci ad macellum ubi advenimus,

Egli è il mio aver, eppure a me non manca
Niente mai. — Quì m'interrompe, e grida:
Ma una sventura ho io, che da buffone
Non posso far, nè assaporar gli schiaffi.
Sciocco: e che? credi a quest'ora, sia questo
Il vero mezzo? affè, la sbagli assai.
Tempo già fu, che con quest'arti il ventre
A spese altrui si empiva: or, nuovo affatto
Zimbello v'ha; ne son l'inventor, io.
Una razza v'è d'uomini, che in tutto
Primi esser vonno, e nol sono: a costoro
Mi appiccich'io; nè a lor da rider presto;
Ben essi a me; ch'io fo le maraviglie
De' loro ingegni, che non han: qualunque
Cosa abbian detta, lodo; hanla disdetta?
Ancor la lodo: ei niega? io nego; afferma?
Ed io affermo: a me, in somma, ho fatto legge,
Di far lor buono tutto. E la più grassa
Di tutte entrate è questa omai.

PARMÉNONE (1)

Per dio,
Dott'uom costui; che i stolidi promuove
Di pazzi al grado!

GNATONE (2)

Intanto, infra tai ciance,

(1) Da se.
(2) Da se.

Concurrunt laeti mî obviam cupedinarii omnes,
Cetarii, lanii, coqui, fartores, piscatores, aucupes,
Quibus et re salva et perdita profueram et prosum saepe:
Salutant: ad coenam vocant: adventum gratulantur.
Ille ubi miser, famelicus, videt me esse tanto honore,
Et tam facile victum quaerere; ibi homo coepit me obsecrare,
Ut sibi liceret discere id de me. Sectari jussi,
Si potis est; tanquam philosophorum habent disciplinae ex ipsis
Vocabula, parasiti itidem ut Gnathonici vocentur.

PARMENO

Viden' otium, et cibus quid facit alienus?

GNATHO

Sed ego cesso
Ad Thaidem hanc deducere, et rogitare ad coenam ut veniat.
Sed Parmenonem ante ostium Thaidis tristem video,
Rivalis servum. Salva res est: nimirum hic homines frigent.
Nebulonem hunc certum est ludere.

Ci troviam dal mercato: ecco, a me incontro
Lieti si fanno i vivandieri tutti;
Macellai, pesciajuoli, salsicciaj,
Uccellatori, pescatori, cuochi,
E a quanti in somma io diedi e do guadagno,
Ricco, a mie spese; povero, alle altrui:
E salutanmi, invitanmi, festeggianmi.
L'amico allora, che affamato e gretto,
Vede me tanto e pasciuto e onorato,
A scongiurarmi principia ch'io voglia
Pure insegnargli arte sì bella: impongogli
Di seguir me, s'egli è da tanto. Han nome
Le sette filosofiche dai capi:
Così vogl'io, che nome i parasiti
Tolto da me, Gnatónici sian detti.

PARMÉNONE (1)

Vedi un po', l'ozio, e il pane altrui, che frutti!

GNATONE (2)

Ma frattanto io m'indugio di condurre
A Taide quest'ancella, e d'invitarla
Dal nostro Marte a cena. Oh! innanzi l'uscio
Di lei veggo Parménone; il famiglio
Del rivale: oh, che mesto! salvi siamo;
Su l'uscio stanno ad agghiacciarsi. Or giovami
Un po' uccellar 'sto scioperone.

(1) Da se.
(2) Da se.

PARMENO

Hice hoo munere arbitrantur
Suam Thaidem esse.

GNATHO

Plurima salute Parmenonem
Summum suum impertit Gnatho. Quid agitur?

PARMENO

Statur.

GNATHO

Video:
Numquidnam hic, quod nolis, vides?

PARMENO

Te.

GNATHO

Credo. At numquid aliud?

PARMENO

Qui dum?

GNATHO

Quia tristis es.

PARMENO

Nihil equidem.

GNATHO

Ne sis. Sed quid videtur

PARMÉNONE (1)

E' pensansi
Costor, col don dell'ancelluccia, aversi
Taide tutta per loro.

GNATONE

Felicissimo
Giorno al sommo Parménone augurato
Vien da Gnatóne suo. Che fa egli?

PARMÉNONE

Non fa egli.

GNATONE

Ben vedo. Ma, fors'egli
Vede quì ciò, che non vorria vederci.

PARMÉNONE

Te.

GNATONE

Questo credo. Ma, null'altro?

PARMÉNONE

Havvi altro?

GNATONE

Sei pur ben mesto.

PARMÉNONE

Oh! niente affatto.

GNATONE

Oh bene.

(1) Da se.

Hoc tibi mancipium?

PARMENO

Non malum hercle.

GNATHO

Uro hominem.

PARMENO

Ut falsus animi est!

GNATHO

Quam hoc munus gratum Thaidi arbitrare esse?

PARMENO

Hoc nunc dicis,
Ejectos hinc nos. Omnium rerum, heus, vicissitudo est.

GNATHO

Sex ego te totos, Parmeno, hos menses quietum reddam;
Ne sursum deorsum cursites; neve usque ad lucem vigiles.
Ecquid beo te?

PARMENO

Men'? Papae!

GNATHO

Sic soleo amicos.

PARMENO

Laudo.

Che ti par egli di questa servetta?

PARMÉNONE

Bellina, in vero.

GNATONE

Ei si dà al diavol.

PARMÉNONE

Tristo!

GNATONE

Aggradiralla in dono Taide, parti?

PARMÉNONE

Vuoi dir con ciò, che scavalcati siamo:
Ebben; son queste le vicende umane.

GNÁTONE

Per buoni sei gran mesi omai porrotti
In tutta pace: non dovrai più correre
Di quà di là, di su di giù; nè desto
Starti le intere notti. Orsù, di'vero;
Non ti fo io beato?

PARMÉNONE

Eh come!

GNATONE

Io tratto

Così gli amici.

PARMÉNONE

Bravo.

GNATHO

Detineo te: fortasse tu profectus alio fueras.

PARMENO

Nusquam.

GNATHO

Tum tu igitur paululum da mihi operae: fac ut admittar
Ad illam.

PARMENO

Age modo, nunc tibi patent fores hae, quia istam ducis.

GNATHO

Num quem evocari hinc vis foras?

PARMENO

Sine biduum hoc praetereat:
Qui mihi nunc uno digitulo fores aperis fortunatus,
Nae tu istas, faxo, calcibus saepe insultabis frustra.

GNATHO

Etiam nunc hic stas, Parmeno? eho, numnam hic relictus custos,

GNATONE

Ma, fors'io
Or quì t'indugio; altrove andresti forse....

PARMÉNONE

Non ho, dove mi vada.

GNATONE

Ebben, dovresti
Dunque ajutarmi un pocolin, per farmi
Introdur quì da Taide.

PARMÈNONE

Va pur dentro;
Or le porte a te s'aprono, che meni
In don costei.

GNATONE

Vuoi forse pria tu fuori
Chiamar qualcun di costà entro?

PARMÉNONE

Eh! lascia,
Passin questi due giorni. Or tu, smargiasso,
Col mignolino spalanchi a me queste
Facili porte; e fra duo dì, nè aprirle
Co'calci pur potrai.

GNATONE

Ma che? vuoi starti
Eternamente quì? che sì, che posto
Sentinella vi sei, perchè non corra

Nequis forte internuntius clam a milite ad istam cursitet?

PARMENO

Facite dictum. Mira vero, militi quae placeant.
Sed video herilem filium minorem huc advenire.
Miror, quid ex Piraeo abierit: nam ibi custos publice est nunc.
Non temere est: et properans venit: nescio quid circumspectat.

SCENA TERTIA

CHAEREA, PARMENO

CHAEREA

Occidi.
Neque virgo est usquam, neque ego, qui illam
E conspectu amisi meo,
Ubi quaeram? ubi investigem? quem perconter? quam insistam viam?
Incertus sum: una haec spes est; ubi ubi est, diu celari non potest.

Qualche segreto messaggino a Taide
Per parte del guerriero? (1)

PARMÉNONE (2)

Scherzosetto,
Messer Gnatóne. — Oh vedi il bell'ingegno:
Quindi ei piace al soldato. — Ma, che vedo?
Il padroncin più giovane, quì viene?
Maravigliomi, ch'egli lasciato abbia
Il suo posto; che a guardia del Piréo
Starsi dovrebbe. Eppur, gli è desso; E a fretta
Vien egli, e intorno intorno pur si guata:
Che mai?

SCENA TERZA

CHEREA, PARMENONE

CHEREA

Son morto. In nessun luogo veggo
La donzella: eppur io, finor coll'occhio
La seguitava. Ahi lasso! ove cercarne?
Come trovarla? a chi chiederne? donde
Ripigliar l'orme sue? sto in forse: sola
Ho una speranza: ov'ella vuol, si asconda;
Star celata, non puote. Oh gran bellezza!

(1) Esce.
(2) Solo.

O faciem pulchram! deleo omnes dehinc ex animo mulieres:
Taedet quotidianarum harum formarum.

PARMENO

Ecce autem alterum.
Nescio quid de amore loquitur. O infortunatum senem!
Hic vero est, qui si occeperit, ludum jocunque dices
Fuisse illum alterum, praeut hujus rabies quae dabit.

CHAEREA

Ut illum Di Deaeque senium perdant, qui me hodie remoratus est;
Meque adeo, qui restiterim: tum autem qui illum flocci fecerim.
Sed eccum Parmenonem. Salve.

PARMENO

Quid tu es tristis? quidve alacris?
Unde is?

CHAEREA

Egone? nescio hercle, neque unde eam, neque quorsum eam:
Ita prorsus sum oblitus mei.

PARMENO

Qui, quaeso?

Io ne disgradò quante donne ha il mondo:
Che rare forme! e'mi fan nausea l'altre
Comuni forme....

PARMÉNONE (1)

Ecco quest'altro anch'egli;
D'amore anch'ei sta borbottando. Ahi tristo
Sfortunato il lor padre! Ma, costui
Ben altro pazzo è che il fratello; un giuoco
Sarà l'amor di Fedria appo questo,
S'ei ci si mette: è sì focoso....

CHEREA

Il diavolo
Si porti quel vecchiaccio, che pur dianzi
Mi tratteneva! e il diavol, pur me porti,
Che m'indugiai; che a lui badai.... Ma, veggo
Parménone: buon giorno.

PARMÉNONE

Oh! che ti attrista?
Dond'è il gran moto tuo? dove ten vai?

CHEREA

Io? non mel so, per dio; nè donde venga,
Nè dove io vada: tal di me mi scordo.

PARMÉNONE

Deh, perchè ciò?

(1) Da se.

CHAEREA

Amo.

PARMENO

Ehem!

CHAEREA

Nunc, Parmeno, te ostendes, qui vir sies.
Scis te mihi saepe pollicitum esse: Chaerea, aliquid inveni
Modo, quod ames: in ea re utilitatem ego faciam ut cognoscas meam:
Cum in cellulam ad te patris penum omnem congerebam clanculum.

PARMENO

Age, inepte.

CHAEREA

Hoc hercle factum est. Fac sis nunc promissa appareant,
Sive adeo digna res est, ubi tu nervos intendas tuos.
Haud similis virgo est virginum nostrarum; quas matres student
Demissis humeris esse, vincto pectore, ut gracilae sient.
Si qua est habitior paulo, pugilem esse aiunt: deducunt cibum:

CHERÈA

Perch'amo.

PARMÉNONE

Olà!

CHEREA

Mostrarti

Or quanto sii, Parménone, potrai.
Spesso, tu il sai, dicendomi n'andasti:
Trovati pure, o Cherea, un'amante,
E in ciò vedrai quel ch'io ti vaglia. Appunto
Così dicevi, quando al tuo stanzino
Le gran pietanze al padre mio sottratte
Iò t'arrecava nascostino.

PARMÉNONE

Or via,
Trovala, sciapitello.

CHEREA

Affè, trovata
Or me la son, per dio. Fa di attenermi
La tua promessa tu. Vero è, ch'ella anco
È cosa degna di tua industria tutta:
Oh! non v'è tal donzella, no, fra quante
Donzelle abbiamo, a cui le madri ognora
Dicon di starsi in su la vita, e smilze
Farsi, e nel cinto pareggiarsi: e quando
Una è grassotta, digiunar la fanno

Tametsi bona est natura, reddunt curatura junceas:
Itaque ergo amantur.

PARMENO

Quid tua istaec?

CHAEREA

Nova figura oris.

PARMENO

Papae!

CHAEREA

Color verus, corpus solidum, et succi plenum.

PARMENO

Anni?

CHAEREA

Sedecim.

PARMENO

Flos ipse.

CHAEREA

Hanc tu mihi vi, clam, precario,
Fac tradas: mea nihil refert, dum potiar modo.

Perchè non s'incolossi; e così, a guisa
Di cannucce assottiglianle, mentr'erano
Di polposa natura: eh! non è tale
La mia, no:...

PARMÉNONE

Come è questa tua?

CHEREA

Se stessa,
E null'altra, somiglia.

PARMÉNONE

Sì? corbezzoli!

CHEREA

Un color schietto; una vitina piena,
Sugosetta....

PARMÉNONE

L'età?

CHEREA

Tre lustri, e un anno.

PARMÉNONE

È un fiore vero.

CHEREA

A me costei fa in sorte
Di avermi tu; nascosta, aperta; a preghi,
O a forza; il modo, nulla importa; averla
Dei farmi....

PARMENO

Quid? virgo cuja est?

CHAEREA

Nescio hercle.

PARMENO

Unde est?

CHAEREA

Tantundem.

PARMENO

Ubi habitat?

CHAEREA

Ne id quidem.

PARMENO

Ubi vidisti?

CHAEREA

In via.

PARMENO

Qua ratione amisisti?

CHAEREA

Id equidem adveniens mecum stomachabar modo:
Neque ego quenquam hominem esse arbitror, cui magis bonae
Felicitates omues adversae sient.

PARMENO

Quid hoc sceleris est?

PARMÉNONE

Oh bella! Ma, qual s'è costei?

CHEREA

Affè, nol so.

PARMÉNONE

Dond'è?

CHEREA

So tutto a un modo.

PARMÉNONE

Dov'abita?

CHEREA

Nè questo.

PARMÉNONE

Ove l'hai vista?

CHEREA

Per via.

PARMÉNONE

Smarrita e come l'hai?

CHEREA

Di tanto
Io meco stesso, quì giungendo or dianzi,
Adiravami; ch'io non credo al mondo
Uom vi sia, cui più mal riescan tutte
Le buone sorti.

PARMÉNONE

Ma, che diavol s'era?

CHAEREA

Perii.

PARMENO

Quid factum est?

CHAEREA

Rogas?
Patris cognatum atque aequalem Archidemidem
Nostin'?

PARMENO

Quidni?

CHAEREA

Is, dum sequor hanc, fit mihi obviam.

PARMENO

Incommode hercle.

CHAEREA

Imo enimvero infeliciter:
Nam incommoda alia sunt dicenda, Parmeno.
Illum, liquet mihi dejerare, his mensibus
Sex septem prorsum non vidisse proxumis,
Nisi nunc, cum minime vellem, minimeque opus fuit.
Eho! nonne hoc monstri simile est? quid ais?

PARMENO

Maxume.

CHAEREA

Continuo accurrit ad me, quam longe quidem,

CHEREA

Spicciato son.

PARMÉNONE

Ma, come?

CHEREA

Il chiedi? noto
† Etti Archidémide, parente del padre,
E coetaneo suo?...

PARMÉNONE

Molto emmi noto.

CHEREA

Costui, mentr'io seguíala, fra'piedi
Mi capita....

PARMÉNONE

Davvero inopportuno....

CHEREA

† Maladetto; di' meglio: inopportuni;
Non far tanta rovina. E costui, giuro,
Da ben sei mesi o sette addietro, io mai
Non l'incontrava affatto, se non oggi
Quand'io meno il volea, e men d'uopo m'era.
Hai visto mai, più mostruosa sorte?

PARMÉNONE

Mostruosissima.

CHEREA

Ei subito a me corre

Incurvus, tremulus, labiis demissis, gemens:
Heus, heus, tibi dico, Chaerea, inquit. Restiti.
Scin' quid ego te volebam? Dic. Cras est mihi
Judicium. Quid tum? Ut diligenter nunties
Patri, advocatus mane mihi esse ut meminerit.
Dum haec loquitur, abiit hora. Rogo, numquid velit.
Recte, inquit. Abeo. Cum huc respicio ad virginem,
Illa sese interea commodum huc advorterat
In nostram hanc plateam.

PARMENO

Mirum, ni hanc dicit, modo
Huic quae data est dono.

CHAEREA

Huc cum advenio, nulla erat.

PARMENO

Comites secuti scilicet sunt virginem?

CHAEREA

Verum, parasitus cum ancilla.

Di quanto lungi hammi veduto; incurvo,
Tremulo, labbra pendule, tossente:
Ehi, ehi, grida egli, Cherea, a te dico:
Ristommi. Or sai quel ch'io vo'dirti? Or dillo.
Debbo in giudizio comparir domani.
E ciò?... Perchè tu dica, e senza indugio,
A tuo padre, ch'ei bene si ricordi
Che m'ha a far da Avvocato. E in tali ciance,
Mi tenne un'ora. Al fine, altro non vuoi?
Dicogli: ei, no, soggiunge: io il lascio, e a questa
Volta, per la donzella indarno miro;
Ch'ella frattanto allontanata s'era,
E giunta a questa piazza.

PARMÉNONE

Sta a vedere
Ch'ella è questa, ch'ei dice, la donata
Or dianzi a Taide.

CHEREA

Io quì m'affretto, e giuntovi,
Donzella alcuna più non v'è.

PARMÉNONE

Ma, sola
Era ella? no....

CHEREA

No, certo; un parasíto,
E un'ancella, eran seco.

PARMENO

Ipsa est: ilicet,

Desine, jam conclamatum est.

CHAEREA

Alias res agis.

PARMENO

Istuc quidem ago.

CHAEREA

Nostin' quae sit? dic mihi: aut

Vidistin'?

PARMENO

Vidi, novi: scio quo abducta sit.

CHAEREA

Eho Parmeno mi, nostin'?

PARMENO

Novi.

CHAEREA

Et scis, ubi siet?

PARMENO

Huc deducta est ad meretricem Thaidem: ei

dono data est.

PARMÉNONE

È dessa. Or dicoti,
Che sei spicciato, anch'io: più non pensarci.

CHEREA

Or, sogni tu?

PARMÉNONE

Non sogno, affè.

CHEREA

Ma dunque,
Tu la conosci? o la vedevi? ah! dimmi....

PARMÉNONE

E vidila, e conobbila, e so dove
Menata fu.

CHEREA

Parménone mio caro,
La conosci?

PARMÉNONE

Conoscola.

CHEREA

E sai dove
Ella or sia?

PARMÉNONE

Quì da Taide, a cui vien data
In dono.

CHAEREA

Quis is est tam potens cum tanto munere hoc?

PARMENO

Miles Thraso
Phaedriae rivalis.

CHAEREA

Duras partes fratris praedicas.

PARMENO

Imo enim, si scias quod donum huic dono contra comparet,
Tum magis id dicas.

CHAEREA

Quodnam, quaeso hercle?

PARMENO

Eunuchum.

CHAEREA

Illumne, obsecro,
Inhonestum hominem, quem mercatus est heri, senem, mulierem?

PARMENO

Istunc ipsum.

CHAEREA

Homo quatietur certe cum dono foras.
Sed istam Thaidem non scivi nobis vicinam.

CHEREA

In dono? Oh! chi mai tanto è abbiente,
Da far tai doni?

PARMÉNONE

Un militar; Trasóne,
Rival di Fedria.

CHEREA

Un fier competitore
Del fratel mio mi sveli.

PARMÉNONE

E se sapessi
Qual è il regalo, che a questo ei si pensa
Di contrappor, ben altro tu diresti.

CHEREA

Che vuol donarle? in grazia di'.

PARMÉNONE

Un Eunuco.

CHEREA

Pregoti, oh! forse quell'uom-donna, brutto,
Vecchio, che jeri ei comperò?

PARMÉNONE

Quel desso.

CHEREA

Per certo e il dono e il donator saranno
Cacciati fuore. Oh! non sapeva io punto
Codesta Taide a noi vicina.

PARMENO

Haud diu est.

CHAEREA

Perii. Nunquamne etiam me illam vidisse? ehodum, dic mihi,
Est ne, ut fertur, forma?

PARMENO

Sane.

CHAEREA

At nihil ad nostram hanc.

PARMENO

Alia res est.

CHAEREA

Obsecro hercle, Parmeno, fac ut potiar.

PARMENO

Faciam sedulo, ac
Dabo operam, adjuvabo. Numquid me aliud vis?

CHAEREA

Quo nunc is?

PARMENO

Domum;

PARMÉNONE

È poco,
Ch'ella ci venne.

CHEREA

Ahi tristo me! nè mai
L'ho vista io pur finora? Ehi, dimmi, è poi
La gran bellezza che si dice?

PARMÉNONE

È bella.

CHEREA

Ma, colla nostra, eh, non si pone?

PARMÉNONE

Un'altra
Stampa, è la tua.

CHEREA

† Perciò, Parménone, scongiuroti,
Che aver tu me la facci.

PARMÉNONE

Adoprerommivi
Con tutto zelo, e ajuterotti. Evvi altro
Per ora?

CHEREA

Ove vai tu?

PARMÉNONE

Vo a casa, a torre

Ut mancipia haec, ita ut jussit frater, deducam ad Thaidem.

CHAEREA

O fortunatum istum eunuchum, qui quidem in hanc detur domum!

PARMENO

Quid ita?

CHAEREA

Rogitas? summa forma semper conservam domi
Videbit, conloquetur, aderit una in unis aedibus,
Cibum nonnunquam capiet cum ea, interdum propter dormiet.

PARMENO

Quid, si nunc tute fortunatus fias?

CHAEREA

Qua re, Parmeno?
Responde.

PARMENO

Capias tu illius vestem.

CHAEREA

Vestem? Quid tum postea?

PARMENO

Pro illo te deducam.

Su quell'Eunuco, e presentarlo a Taide,
Come imposto hammi Fedria.

CHEREA

Oh fortunato
Codesto Eunuco, che, donato, vassi
Ad annidare in sì beata casa!

PARMÉNONE

Beato anch'egli? oh! come?

CHEREA

E il chiedi? ei sempre
La bellissima sua conserva in casa
Vedrà; le parlerà; le starà accanto;
Spesso con essa mangierà; talvolta
A lei dappresso dormirà.

PARMÉNONE

S'io fessi
Te il fortunato in vece sua, che parti?...

CHEREA

Io? deh! come, o Parménone? rispondi.

PARMÉNONE

Io ti darei la veste sua....

CHEREA

La veste?
E allora poi?...

PARMÉNONE

T'introdurrei, dicendo....

CHAEREA

Audio.

PARMENO

Te illum esse dicam.

CHAEREA

Intelligo.

PARMENO

Tu illis fruare commodis, quibus tu illum dicebas modo:
Cibum una capias, adsis, tangas, ludas, propter dormias:
Quandoquidem illarum neque quisquam te novit, neque scit qui sies.
Praeterea forma, aetas ipsa est, facile ut pro eunucho probes.

CHAEREA

Dixisti pulchre: nunquam vidi melius consilium dari.
Age, eamus intro nunc jam: orna me, abduc, duc, quantum potes.

PARMENO

Quid agis? jocabar equidem.

CHEREA

Oh! bene.

PARMÉNONE

... A Taide, che il donato Eunuco
Sei tu.

CHEREA

T'intendo.

PARMÉNONE

E allor, così godrai
Tu quelle tante dolcezze, ch'or dianzi
Dicevi, a lui dover toccare: il cibo
Con essa piglierai, la toccherai,
Ci giuocherai, starai sempre, e talvolta
A lei dappresso dormirai: poich'esse
Te non han visto, nè san chi ti sii.
Oltre a ciò, gli anni e la bellezza tua,
Farti un Eunuco creder lievemente
Potranno.

CHEREA

Oh bel ritrovamento! io mai
Non ne udiva il migliore. Or, via, torniamo
Di botto a casa; e vestimi, e conducimi,
E introducimi; or via, presto....

PARMÉNONE

Che pensi?
Io finor celiava.

CHAEREA

Garris.

PARMENO

Perii, quid ego egi miser?
Quo trudis? perculeris jam tu me? tibi equi-
dem dico, mane.

CHAEREA

Eamus.

PARMENO

Pergin'?

CHAEREA

Certum est.

PARMENO

Vide ne nimium calidum hoc sit modo.

CHAEREA

Non est profecto. Sine.

PARMENO

At enim istaec in me cudetur faba. Ah,
Flagitium facimus!

CHAEREA

An id flagitium est, si in domum meretriciam
Deducar, et illis crucibus, quae nos, nostram-
que adolescentiam

CHEREA

Eh! ciarle.....

PARMÉNONE

Oimè!

Che diavol mai ti dissi? io son perduto:
Dove mi vuoi precipitar? tel dico,
E tel ridico, è celia; non pensarci

CHEREA

Andiam, via su.

PARMÉNONE

Ci vai?

CHEREA

Per dio, ci vado.

PARMÉNONE

Ma, bada ben, che riuscir potrebbe
Di soverchio periglio.

CHEREA

Eh! no, mi lascia....

PARMÉNONE

Malvagità faremmo noi: deh! cessa;
Già tutto questo ricader mi sento
Sovra le spalle mie.

CHEREA

Malvagi noi,
Per l'introdurci in meretricia casa?
Non faremo altro in somma, che scambiare

Habent despicatam, et quae nos semper omnibus cruciant modis,

Nunc referam gratiam, atque eas itidem fallam, ut ab illis fallimur?

An potiùs haec pati? aequum est fieri, ut a me ludatur dolis.

Quod qui rescierint, culpent: illud merito factum omnes putent.

PARMENO

Quid istuc? si certum est facere, facias. Verum ne post conferas.

Culpam in me.

CHAEREA

Non faciam.

PARMENO

Jubesne?

CHAEREA

Jubeo, cogo, atque impero.

Nunquam defugiam auctoritatem. Sequere.

PARMENO

Dii vortant bene.

I capestri con esse, poichè tanti
Ne allaccian le lor pari alla inesperta
Ognor derisa adolescenzia nostra.
Le ingannerem, coi loro inganni; è giusto.
Malvagità fia questa? anzi, laudati,
Non che cen biasmin, sarem noi da ognuno,
Che il risaprà.

PARMÉNONE

Che serve il dir? si faccia
Se il cor tel dice: ma in me poi la colpa
Non rovesciarne tu.

CHEREA

No, no; sii certo.

PARMÉNONE

Dunque tu il vuoi?

CHEREA

Sì, il voglio, e tel comando,
E vi ti sforzo: nè d'averlo imposto
Mai niegherò. Vieni.

PARMÉNONE

Mi assista il Cielo!

ACTUS TERTIUS

SCENA PRIMA

THRASO, GNATHO, PARMENO

THRASO

Magnas vero agere gratias Thais mihi?

GNATHO

Ingentes.

THRASO

Ain' tu, laeta est?

GNATHO

Non tam ipso quidem
Dono, quam abs te datum esse: id vero serio
Triumphat.

PARMENO

Huc proviso, ut, ubi tempus siet,
Deducam. Sed eccum militem.

THRASO

Est istuc datum

ATTO TERZO

SCENA PRIMA

TRASONE, GNATONE, PARMENONE

TRASONE

Taide, davver, del dono emmi tenuta?

GNATONE

Tenutissima.

TRASONE

E lieta assai? dicestimi....

GNATONE

Sì; ma non tanto del regalo stesso,
Quanto d'averlo ella da te: oh! di questo
È veramente tríonfante.

PARMÉNONE (1)

Io vengo
Un po'a spiar del quando potrò porre
A Taide in casa il padroncino Eunuco.
Ma Trasón veggo: zitti.

TRASONE

Ell'è una mia

(1) Da se.

Profecto, ut grata mihi sint quae facio omnia.

GNATHO

Advorti hercle animum.

THRASO

Vel rex semper maxumas
Mihi agebat, quidquid feceram: aliis non item.

GNATHO

Labore alieno magno partam gloriam
Verbis saepe in se transmovet, qui habet salem;
Qui in te est.

THRASO

Habes.

GNATHO

Rex te ergo in oculis.

THRASO

Scilicet.

GNATHO

Gestire.

THRASO

Verum. Credere omnem exercitum,
Consilia.

GNATHO

Mirum.

Propria sorte, che in tutto quel che imprendo
A tutti piaccio.

GNATONE

Hollo osservato anch'io.

TRASONE

Lo stesso Re, m'era tenuto sempre
Di quant'io fea, moltissimo: e non era
Così degli altri.

GNATONE

Eh! dall'altrui fatica
Spesso la propria gloria con un motto
Trar sa chi ha sale in zucca quanto n'hai.

TRASONE

L'hai detta.

GNATONE

Al Re tu dunque al par degli occhi...

TRASONE

Appunto.

GNATONE

Caro t' eri?

TRASONE

Anzi: l'intero
Esercito affidavami, e in Consiglio
Pur di me sol valeasi.

GNATONE

Oh! vedi cosa!

THRASO

Tum sicubi eum satietas
Hominum, aut negoti si quando odium ceperat,
Requiescere ubi volebat, quasi. Nostin'?

GNATHO

Scio.
Quasi ubi illam exspueret miseriam ex animo.

THRASO

Tenes.
Tum me convivam solum abducebat sibi.

GNATHO

Hui!
Regem elegantem narras.

THRASO

Imo sic homo
Est perpaucorum hominum.

GNATHO

Imo nullorum, arbitror,
Si tecum vivit.

THRASO

Invidere omnes mihi,
Mordere clanculum : ego non flocci pendere.
Illi invidere misere. Verum unus tamen

TRASONE

Così alle volte, quando sazio egli era
De' cortigiani, o se gli affari in ira
Prendea, volendo ei riposarsi, e trarsi....
M'intendi?

GNATONE

Appieno: e trarsi fuor del cuore
Quella misera noja.

TRASONE

Ben ci sei.
Allor me solo a mensa volea seco...,

GNATONE

Capperi! un Re di fine gusto è questo.

TRASONE

Gli è un uom, che pochi ne gabella.

GNATONE [1]

Punti,
Direi, poich'e' ti sceglie.

TRASONE

Invidíato
Quind'io da tutti; e sotto voce tutti
Dietro a mordermi; ed io, nè un fico pure
A prezzarli; ed i miseri, a disfarsi
Dal livor tanto, e indarno. Ma, fra questi,

(1) Forse da se.

Impense, elephantis quem Indicis praefecerat.
Is ubi molestus magis est, quaeso, inquam,
Strato,
Eone es ferox, quia habes imperium in bel-
luas?

GNATHO

Pulchre mehercle dictum, et sapienter. Papae!
Jugularas hominem. Quid ille?

THRASO

Mutus illico.

GNATHO

Quid ni esset?

PARMENO

Di vostram fidem! hominem perditum,
Miserumque, et illum sacrilegum!

THRASO

Quid? illud, Gnatho,
Quo pacto Rhodium tetigerim in convivio,
Nunquam tibi dixi?

GNATHO

Nunquam: sed narra, obsecro.
Plus millies jam audivi.

THRASO

Una in convivio
Erat hic, quem dico, Rhodius adolescentulus.
Forte habui scortum: coepit ad id alludere,

Più ricco d'astio distingueasi un certo,
Ch'agli Indiani Elefanti avea preposto
Il Re. Costui, m'era molesto troppo;
Ond'io gli dissi un dì: Stratóne, in grazia,
Se' tu bestial perchè alle bestie imperi?

GNATONE

Oh! bel motto, per dio; dotto e sottile.
Corbezzoli! l'hai morto. E che rispose?

TRASONE

Muto, dal colpo....

GNATONE

Ogni uom, per meno il fora.

PARMÉNONE (1)

Oh ciel! tu il vedi, se di birbi un pajo
V'ha che a questo si agguagli!

TRASONE

E di quell' altro
Del Rodíotto, non tel dissi io mai,
Gnatón; com'io al convito il bezzicava?

GNATONE

No, mai; narralmi, prego. — Ei me l'ha detto
Mille e più volte già.

TRASONE

Meco a un convito
Stava costui, ch'io dico; un Rodíotto,
Giovin di primo pelo. Io vi ci avea

(1) In disparte.

Et me irridere. Quid agis, inquam, homo impudens?
Lepus tute es, et pulpamentum quaeris.

GNATHO

Ha, ha, hâc.

THRASO

Quid est?

GNATHO

Facete, lepide, laute, nihil supra.
Tuumne obsecro te, hoc dictum erat? vetus credidi.

THRASO

Audieras?

GNATHO

Saepe; et fertur in primis.

THRASO

Meum est.

GNATHO

Dolet dictum imprudenti adolescenti, et libero.

PARMENO

At te dî perdant.

Una mia donna di piacere. Ei dassi
A farle occhietti, e a canzonarmi. Io tosto:
† Che fai tu, sfacciatello? donne adocchi,
Mentre per donna altri te stesso adopra?

GNATONE

Ah ah... che il riso....

TRASONE

Cos'è stato?

GNATONE

.... Affogami....
Lepido, arguto, sontuoso! il pari
Non fu mai detto: è veramente tuo,
Questo bel sal? deh, dimmi: antico io 'l tenni.

TRASONE

Altre volte l'udisti?

GNATONE

Eh, spesso; ei passa
Fra i primi sali conosciuti.

TRASONE

È mio.

GNATONE

Peccato, l'abbi detto a un ragazzaccio,
Benchè insolente, libero!

PARMÉNONE (1)

Ti fiacchino
Il collo i Numi,

(1) Da se.

GNATHO

Quid ille quaeso?

THRASO

Perditus.
Risu omnes, qui aderant, emoriri. Denique,
Metuebant omnes jam me.

GNATHO

Non injuria.

THRASO

Sed heus tu, purgon' ego me de istac Thaidi,
Quod eam me amare suspicata est?

GNATHO

Nihil minus.
Imo auge magis suspicionem.

THRASO

Cur?

GNATHO

Rogas?
Scin'? si quando illa mentionem Phaedriae
Facit, aut si laudat, te ut male urat.

THRASO

Sentio.

GNATONE

Ed egli a ciò?...

TRASONE

Fu morto:
E quanti udían, scoppiavan dalle risa.
Finì la cosa, ch'io'l terror di tutti
Co' motti miei mi feci.

GNATONE

Era ben dritto.

TRASONE

Or, che di' tu, degg'io quì presso Taide
Scolpandomi, sgombrarla del sospetto
Ch'ell'ha di me? ch'io la donata ancella
Ami pur anco?

GNATONE

Anzi: più sempre adoprati
Per fargliel via più credere.

TRASONE

A qual fine?

GNATONE

Nol sai? Già che talvolta ella menzione
Ti fa di Fedria, e laudalo, per farti
Rabbia, e null'altro....

TRASONE

Intendo.

GNATHO

Id ut ne fiat, haec res sola est remedio.
Ubi nominabit Phaedriam, tu Pamphilam
Continuo. Si quando illa dicet, Phaedriam
Intromittamus comissatum: tu, Pamphilam
Cantatum provocemus. Si laudabit haec
Illius formam: tu hujus contra. Denique
Par pro pari referto, quod eam mordeat.

THRASO

Siquidem me amaret, tum istuc prodesset, Gnatho.

GNATHO

Quando illud, quod tu das, exspectat atque amat,
Jamdudum te amat: jamdudum illi facile fit
Quod doleat. Metuet semper, quem ipsa nunc capit
Fructum, ne quando iratus tu alio conferas.

THRASO

Bene dixti. At mihi istuc non in mentem venerat.

GNATHO

Ridiculum: non enim cogitaras. Caeterum
Idem hoc tute melius quanto invenisses, Thraso!

GNATONE

Acciò nol faccia,
Questo fia'l sol rimedio. Ov'ella innanzi
Porrà il suo Fedria; e innanzi tu, con Panfila.
Quand'ella dice: Invitiam Fedria a cena:
Tu; Stuzziehiam Panfila al canto. S'ella
Ponsi a vantare la di lui bellezza;
Tu vanti l'altra: e così, in somma, rendi
Mordacemente a Taide la pariglia.

TRASONE

Ciò veramente gioverebbe, quando
Ella davver mi amasse.

GNATONE

Assai t'ama ella,
Poich'ama e aspetta i doni tuoi: c'è via
Di ben ferirla: col timor s'inceppa,
Che altrove tu gli amati doni, irato,
A rivolger non abbi. Ella, ciò sempre
Ben temerà.

TRASONE

Sei savio. In mente ancora
Ciò caduto non m'era.

GNATONE

Eh, Trasón scherza.
Vuoi dir che a ciò finora non pensavi.
Ma tu in pensarvi, trovavi assai meglio.

SCENA SECUNDA

THAIS, THRASO, PARMENO, GNATHO, PYTHIAS

THAIS

Audire vocem visa sum modo militis:
Atque eccum. Salve, mi Thraso.

THRASO

O Thais mea,
Meum suavium, quid agitur? ecquid nos amas
De fidicina istac?

PARMENO

Quam venuste! quod dedit
Principium adveniens!

THAIS

Plurimum merito tuo.

GNATHO

Eamus ergo ad coenam: quid stas?

PARMENO

Hem alterum:
Ex homine hunc natum dicas.

SCENA SECONDA

TAIDE, TRASONE, GNATONE,
PARMENONE, PITIA

TAIDE

Udito aver del guerrier mio la voce
Or or mi parve. Oh! ve' llo appunto. Addio,
Caro Trasóne.

TRASONE

Oh! Taide mia: che fai,
Cuor del mio corpo? un pocolin più m'ami,
Da ch'io la bella cantatrice in dono
T'inviai?

PARMÉNONE (1)

Bel principio! delicati
Detti!

TAIDE

Più sempre, e per te stesso, io t'amo.

GNATONE

A cena dunque, a cena. Olà, che indugi?

PARMÉNONE (2)

Ecco adesso quest'altro: un figliuoletto
Ei par col babbo.

(1) Da se.
(2) Da se.

THAIS

Ubi vis, non moror.

PARMENO

Adibo, atque adsimulabo, quasi nunc exeam.
Ituran', Thais, quopiam es?

THAIS

Ehem, Parmeno,
Bene pol fecisti: hodie itura.

PARMENO

Quo?

THAIS

Quid? hunc non vides?

PARMENO

Video, et me taedet. Ubi vis, dona adsunt tibi
A Phaedria.

THRASO

Quid stamus? cur non imus hinc?

PARMENO

Quaeso hercle ut liceat, pace quod fiat tua,
Dare huic quae volumus, convenire et conloqui.

TAIDE

A cena andiam; non io
V'indugio.

PARMÉNONE (1)

Ad essa andrommene, fingendo
Di uscir pur ora. — O Taide, altrove forse
Stai tu per irne?

TAIDE

Oh! Parménone; in vero,
Ben festi... Io vo, ma sol per oggi....

PARMÉNONE

E dove?

TAIDE

E che? nol vedi tu costui?

PARMÉNONE

Sì, il veggo:
E noja dammi. Quando il vogli, i doni
Di Fedria reco.

TRASONE (2)

Or, che si aspetta? andianne...

PARMÉNONE

In grazia, con tua pace, a noi pur anche
Lecito sia il parlare, il patteggiare,
E il regalarle quel che parci e piace.

(1) Da se, poi a Taide sola.
(2) Rivolgendosi verso Taide.

THRASO

Perpulchra credo dona, haud nostris similia.

PARMENO

Res indicabit. Heus, jubete istos foras
Exire, quos jussi, ocyus. Procede tu huc.
Ex Aethiopia est usque haec!

THRASO

Hic sunt tres minae.

GNATHO

Vix.

PARMENO

Ubi tu es, Dore? accede huc. Hem eunuchum tibi!
Quam liberali facie, quam aetate integra!

THAIS

Ita me di ament, honestus!

PARMENO

Quid tu ais, Gnatho?
Numquid habes, quod contemnas? quid tu autem, Thraso?
Tacent: satis laudant. Fac periculum in literis,
Fac in palaestra, in musicis. Quae liberum

TRASONE

Be' doni, affè, dopo i regali miei,
Saranno i vostri.

PARMÉNONE

Or si vedranno. Ehi, voi,
Traete fuor que' ch' io vi dissi; e tosto.
Su, su t'inoltra. Ecco, un' ancella è questa,
Cercata infino in Etíopia.

TRASONE

In questa,
Tre mine ha speso.

GNATONE

Se ci arriva.

PARMÉNONE

Ehi, Doro;
Ove se' tu? via, appressati. Un Eunuco
Eccoti, o Taide. Or, vedi età! freschezza!
Nobile aspetto!

TAIDE

Oh bello! bello, in vero.

PARMÉNONE

Che ne di' tu, Gnatóne? hai tu che apporvi?
E tu, Trasóne? — E' taccionsi: gran laude! —
E ponlo a prova, o in lettere, o in palestra,
O vogli anco nel canto; tel do sperto
In quante nobili arti a giovinetto

Scire aequum est adolescentem, solertem dabo

THRASO

Ego illum eunuchum, si opus siet, vel sobrius.

PARMENO

Atque haec qui misit, non sibi soli postulat
Te vivere, et sua causa excludi caeteros.
Neque pugnas narrat, neque cicatrices suas
Ostentat, neque tibi obstat, quod quidam facit.
Verum, ubi molestum non erit, ubi tu voles,
Ubi tempus tibi erit, sat habet, si tum recipitur.

THRASO

Apparet servum hunc esse domini pauperis
Miserique.

GNATHO

Nam hercle nemo posset, sat scio,
Qui haberet qui pararet alium, hunc perpeti.

PARMENO

Tace tu, quem ego esse infra infimos omnes puto
Homines: nam qui huic animum assentari induxeris,
E flamma petere te cibum posse arbitror.

Ingenuo stian bene.

TRASONE

Bell'Eunuco!

Io, benchè casto, a un mio bisogno, forse....

PARMÉNONE

E aggiungi poi, che chi tai doni manda
Non pone in patto, che si escluda ogni altro,
Nè che tu tutta per lui sol respiri.
E battaglie ei non narra, e non fa pompa
Di cicatrici; nè ti vieta tutto,
Come taluno. Ma bensì, a tua posta,
Quando il vorrai, quando nessun nessuno
Disappunto ei faratti, allor fia pago
Se tu il ricevi pure.

TRASONE

Costui, parmi,
Servitor di padron povero, e gretto.

GNATONE

Sì, per dio: che nessun si manterrebbe
Costui per servo, s'egli avesse i mezzi
D'averne un meglio.

PARMÉNONE

Taci, o tu, ch'io tengo
Per feccia di genía: tu che adulare
Puoi fin costui: tu caveresti, credo,
La tua pietanza di mezzo alle fiamme.

THRASO

Jamne imus?

THAIS

Hos prius introducam, et, quae volo,
Simul imperabo. Post, continuo exeo.

THRASO

Ego hinc abeo, tu istam opperire.

PARMENO

Haud convenit,
Una cum amica ire imperatorem in via.

THRASO

Quid tibi ego multa dicam? domini similis es.

GNATHO

Ha, ha, hae.

THRASO

Quid rides?

GNATHO

Istuc, quod dixti modo:
Et illud de Rhodio dictum in mentem venit.
Sed Thais exit.

THRASO

Abi, praecurre, ut sint domi

TRASONE

Or via, si va?

TAIDE

Questi due schiavi pria
Metto in casa, e certi ordini vi lascio,
Poi di subito riedo.

TRASONE

Ed io men vado.
Tu, Gnatóne, quì aspettala.

PARMÉNONE

Sarebbe
Leso il decoro imperíal Trasónico,
S' ei fosse visto ir per le vie con Taide.

TRASONE

Che val, ch'io a te favelli più? tu sei,
Com'è il padrone tuo.

GNATONE

Ah ah... ch'io scoppio.

TRASONE

Che tanto ridi?

GNATONE

Ah ah.... ben detto; bene:
E questo sale d'ora, ricordommi
Quel del Rodíotto. Ma, Taide già torna.

TRASONE

Va dunque primo, e tutto fammi in punto

Parata.

GNATHO

Fiat.

THAIS

Diligenter, Pythias,
Fac cures, si Chremes huc forte advenerit,
Ut ores, primum ut maneat: si id non commodum est,
Ut redeat: si id non poterit, ad me adducito.

PYTHIAS

Ita faciam.

THAIS

Quid? quid aliud volui dicere?
Ehem, curate istam diligenter virginem.
Domi adsitis, facite.

THRASO

Eamus.

THAIS

Vos me sequimini.

Trovare in casa.

GNATONE

Io volo.

TAIDE (1)

Bada bene,
Pitia, se mai ci capita Crémete,
A pregarlo di attendermi; se poi
Non gli è comodo, pregalo ch'ei torni;
E se nol può, fa che a trovarmi ei venga.

PITIA

Così farò.

TAIDE

Che ho altro?.... altro da dirti
Aveva io, parmi.... Ah! Con amore e cura
Codesta nuova ancella mia si tratti:
E siate in casa.

TRASONE

Andiamo.

TAIDE (2)

E voi, seguitemi.

(1) Dentro, e uscendo.
(2) Ad altre ancelle.

SCENA TERTIA

CHREMES, PYTHIAS

CHREMES

Profecto, quanto magis magisque cogito,
Nimirum dabit haec Thais mihi magnum malum:
Ita me video ab ea astute labefactarier.
Jam tum, cum primum jussit me ad se accersier,
Roget quis, quid tibi cum illa? ne notam quidem.
Ubi veni, causam, ut ibi manerem, repperit.
Ait rem divinam fecisse, et rem seriam
Velle agere mecum. Jam tum erat suspicio,
Dolo malo haec fieri omnia. Ipsa accumbere
Mecum, mihi sese dare, sermonem quaerere.
Ubi friget, huc evasit, quam pridem pater
Mihi et mater mortui essent. Dico, jam diu.
Rus Sunii ecquod haberem, et quam longe a mari.
Credo ei placere hoc: sperat se a me avellere.

SCENA TERZA

CREMETE, poi PITIA

CREMÉTE

In verità, che quanto più ci penso,
Più mi convinco che codesta Taide
Appiccar vuolmi un qualche diavol nero;
Con tante astuzie farmi cader tenta.
Or dianzi fammi ella chiamar: dirammi
Talun; Che hai seco a fare? Nè pur vista
L'aveva io mai. Ci vengo; ecco trovata,
Per far ch'io resti, una ragion: mi dice,
Ch'ella ai Numi è divota, e ch'or dee meco
D'un serio affar trattare. In me il sospetto
Già s'era messo, che del tristo v'era
Sotto questi preamboli. Ella intanto,
A sedermisi accanto, a mi si offrire
Tutta, e parole a ricercar si dava:
E al fin de' fini, il discorso freddandosi,
Conchiudea in domandarmi, da qual tempo
Morti mi fosser padre e madre. È un pezzo,
Dich'io. Ma, in Sunnio hai tu una villa? e, quanto
Lungi dal mar sta ella? Grazie; credo,
Che la mia villa piacele: sperava

Postremo, ecqua inde parva perisset soror:
Ecquis cum ea una: quid habuisset, cum perit:
Ecquis eam posset noscere. Haec cur quaeritet?
Nisi si illa forte, quae olim periit parvola
Soror, hanc se intendit esse, ut est audacia.
Verum ea, si vivit, annos nata est sedecim,
Non major. Thais, quam ego sum, majuscula est.
Misit porro orare, ut venirem, serio.
Aut dicat quid volt, aut molesta ne siet.
Non hercle veniam tertio. Heus, heus, ecquis hic?
Ego sum Chremes.

PYTHIAS

O capitulum lepidissimum!

CHREMES

Dico ego mi insidias fieri.

PYTHIAS

Thais maxumo
Te orabat opere, ut cras redires.

Di ciuffarmela forse. E proseguiva:
Ma, una sorella tua, Creméte, in mare
Non periva? con essa altri chi v'era?
Quant'anni avea all'incirca, quando ruppe?
Potria alcun riconoscerla? – Per dio;
L'interrogarmi su ciò tanto, è forse
Una qualche sua mira (eh, son sfacciate
Codeste donne) di spacciar se stessa
Per quella mia annegata sorellina?
Ma quella, se vivesse, avrebbe adesso
Sedici anni e non più; mentre pur Taide
È un pocolino, e più di me, matura.
Ed ora, un'altra volta fa pregarmi
Seriamente, ch'io torni. O dica tosto
Quel che mi vuole, o non mi tedj omai.
Questa è l'ultima, certo, ch'io ci vengo.
Ehi; di casa; chi v'è? Son io, Creméte.

PITIA

Oh! Cremetino, carino.

CREMÉTE

Se il dico:
Quì mi si tendon trappole.

PITIA

Lasciava
Taide, uscendo, a me detto, che pregavati
Istantemente di tornar domane.

CHREMES

Rus eo.

PYTHIAS

Fac, amabo.

CHREMES

Non possum, inquam.

PYTHIAS

At apud nos hic mane,
Dum redeat ipsa.

CHREMES

Nihil minus.

PYTHIAS

Cur, mi Chremes?

CHREMES

Malam in rem hinc ibis.

PYTHIAS

Si istuc ita certum est tibi,
Amabo, ut illuc transeas, ubi illa est.

CHREMES

Eo.

PYTHIAS

Abi, Dorias, cito hunc deduce ad militem.

CREMÉTE

Doman, vo in villa.

PITIA

Deh! ten priego, tornaci.

CREMÉTE

Non posso, dico.

PITIA

Or dunque un po' l'attendi,
Finch'ella torni.

CREMÉTE

Nè ciò pur....

PITIA

Perchè eh?
Creméte mio?

CREMÉTE

Ti scosterai? sguajata.

PITIA

Se fermo sei così, deh! dunque vogli
Passar dov'ella or trovasi.

CREMÉTE

Ci vado.

PITIA

Doria, in casa Trasón conducil tosto.

SCENA QUARTA

ANTIPHO

Heri aliquot adolescentuli coiimus in Piraeeum,

In hunc diem ut de symbolis essemus. Chaeream ei rei

Praefecimus: dati annuli: locus, tempus constitutum est.

Praeteriit tempus: quo in loco dictum est, parati nihil est.

Homo ipse nusquam est: neque scio, quid dicam, aut quid conjectem.

Nunc mihi hoc negoti caeteri dedere, ut illum quaeram.

Ibo ad eum; visam si domi est. Quisnam hic a Thaide exit?

Is est, an non est? ipsus est. Quid hoc hominis! qui hic ornatus est?

Quid illud mali est? nequeo satis mirari, neque conjicere.

Nisi quidquid est, procul hinc libet prius, quid sit, sciscitari.

SCENA QUARTA

ANTIFONE

Eppur per oggi stabilimmo jeri,
Nel Piréo, fra parecchi giovanetti,
Di far la cena. E sopracciò nomato
Chèrea ne fu; messi su i pegni; il luogo
Fissato, il tempo. Ed or, già scorsa è l'ora;
Nel luogo detto, nulla havvi di presto;
Cherea stesso, nè là, nè altrove trovasi:
Affè, non so che mi dir, che pensarmi.
Ma, poi che gli altri incaricato mi hanno
Di cercarne, farollo. A casa sua
Vediam pria, s'ei ci fosse.... Ma, chi viene
Fuor dell'ostel di Taide? olà, che veggo?
È egli, o no? desso è, per dio. Ma quale
Figura è mai! qual abito! una qualche
Tristizia v'è là sotto; non mi sazio
Nè di congetturar, nè di ammirarmi.
Ma, che che sia, da lungi osservar, prima
D'interrogarlo, io'l voglio.

SCENA QUINTA

CHAEREA, ANTIPHO

CHAEREA

Num quis hic est? nemo est. Num quis hinc me sequitur? nemo homo est.

Jamne erumpere hoc licet mihi gaudium? proh Jupiter!

Nunc est profecto, interfici cum perpeti me possum,

Ne hoc gaudium contaminet vita aegritudine aliqua.

Sed neminemne curiosum intervenire nunc mihi,

Qui me sequatur quoquo eam, rogitando obtundat, enecet,

Quid gestiam, aut quid laetus sim, quo pergam, unde emergam, ubi siem

Vestitum hunc nactus, quid mihi quaeram, sanus sim anne insaniam?

ANTIPHO

Adibo, atque ab eo gratiam hanc, quam video velle, inibo.

Chaerea, quid est quod sic gestis? quid sibi hic vestitus quaerit?

Quid est, quod laetus sis? quid tibi vis? satin' sanus? quid me aspectas?

Quid taces?

SCENA QUINTA

CHEREA, poi ANTIFONE

CHEREA (1)

Havvi quì niuno?...
Nessuno v'ha. — Sieguemi alcun di casa?...
Nessun mi segue. — Or potrò dare io sfogo
All'allegrezza mia? Giove, ora è il tempo,
Or che più nulla a desiar mi resta,
Di levarmi di vita. Io sempre tremo,
Che un qualche amaro a contristar mi venga
Le mie immense dolcezze. — Ora incapparmi
Vorrei davvero in alcun curioso
† Che mi seguisse, e interrogasse, e seccasse,
Ed ammazzasse con domande mille:
Che fai? di che sei lieto? dove vai?
Dond'esci? dove diavol t'hai pescato
Questa maschera? a che? sei sano, o pazzo?

ANTIFONE

A lui men vo, per dargli quel ch'ei cerca. —
Cherea, che fai? che viene a dir quest'abito?
Di che sei lieto? che pretendi? or pazzo
Se'tu? perchè mi guardi? perchè taci?

(1) Uscendo dubbioso.

CHAEREA

O festus dies hominis! amice, salve.
Nemo est omnium, quem ego magis nunc cuperem quam te.

ANTIPHO

Narra istuc, quaeso, quid siet.

CHAEREA

Imo ego te obsecro hercle, ut audias:
Nostin' hanc, quam frater amat?

ANTIPHO

Novi: nempe, opinor, Thaidem.

CHAEREA

Istam ipsam.

ANTIPHO

Sic commemineram.

CHAEREA

Quaedam hodie est ei dono data
Virgo. Quid ego ejus tibi nunc faciem praedicem, aut laudem, Antipho,
Cum ipsum me noris, quam elegans formarum spectator siem?
In hac commotus sum.

ANTIPHO

Ain' tu?

CHEREA

Oh dì beato, questo! Amico, addio:
Nullo incontrare al par di te, bramava.

ANTIFONE

Narrami, prego, or ciò che sia....

CHEREA

Te prego
Anzi, e scongiuro io d'ascoltarmi. Nota
Etti costei, che il mio fratel corteggia?

ANTIFONE

Mi è nota, sì: Taide, mi pare....

CHEREA

Appunto
Dessa.

ANTIFONE

In tal nome io la mi rammentava.

CHEREA

Oggi a costei donavasi una vergine,
Di cui che vale, Antifón, ch'io ti narri
E al cielo innalzi la beltà? tu sai
S'io di beltà m'intenda: e questa a prima
Colpito mi ha.

ANTIFONE

Davvero?

CHAEREA

Primam dices, scio, si videris.
Quid multa verba? amare coepi. Forte fortuna domi
Erat quidam eunuchus, quem mercatus fuerat frater Thaidi:
Neque is deductus etiam tum ad eam. Summonuit me Parmeno
Ibi servus, quod ego arripui.

ANTIPHO

Quid id est?

CHAEREA

Tace sis, citius audies.
Ut vestem cum illo mutem, et pro illo jubeam me illuc deducier.

ANTIPHO

Pro Eunuchon'?

CHAEREA

Sic est.

ANTIPHO

Quid ex ea re tandem ut caperes commodi?

CHAEREA

Rogas? viderem, audirem, essem una, quacum cupiebam, Antipho.

CHEREA

Anco tu stesso,
Vedendola, diresti, che nessuna
Può pareggiarla. Che più? ne impazziva
Io già, quand'ecco ad ottenerla un mezzo
† M'offre la sorte. Fedria, un Eunuco
Per regalarlo a Taide avea comprato,
E non mandato ancora. Ebbine fiato
Dal suo Parménon'io, sì che afferrai
L'occasione tosto.

ANTIFONE

Oh! come? dimmi.

CHEREA

Zitto; e il saprai più tosto. C'intendemmo
Di Fedria il servo ed io, sì che in colui
Travestendomi, a Taide io fui condotto
In vece d'esso.

ANTIFONE

Dell'Eunuco?

CHEREA

Appunto.

ANTIFONE

Ma, al fin, qual pro tornartene dovea?

CHEREA

Oh bella! e il chiedi tu? vederla, udirla,
Starmi con essa a mio piacer: ti pare

Num parva causa, aut parva ratio est? traditus sum mulieri.
Illa illico, ubi me accepit, laeta vero ad se abducit domum,
Commendat virginem.

ANTIPHO

Cui? tibine?

CHAEREA

Mihi.

ANTIPHO

Satis tuto tamen.

CHAEREA

Edicit, ne vir quisquam ad eam adeat; et mihi, ne abscedam, imperat,
In interiore parte ut maneam solus cum sola. Adnuo,
Terram intuens modeste.

ANTIPHO

Miser.

CHAEREA

Ego, inquit, ad coenam hinc eo.
Abducit secum ancillas: paucae, quae circum illam essent, manent,
Novitiae puellae. Continuo haec adornant, ut lavet.

Lieve cagion, lieve guadagno, il mio?
Son regalato dunque, e Taide tosto
Lieta di me, dentro a sue case pommi,
E la vergine sua vuol custodita....

ANTIFONE

Da chi? da te?

CHEREA

Da me.

ANTIFONE

Fedel custode,
Per mia fe!

CHEREA

Mi comanda, ch'uom nessuno
Le si accosti, e ch'io mai non me ne scosti;
Ch'anzi solo con sola, nel più interno
Della casa, con essa io sempre stia.
Modestamente guardandomi a' piedi,
Madonna sì, le dico.

ANTIFONE

Poverino!

CHEREA

Quindi ella a me: Vo fuor di casa a cena;
Ch'io sia obbedita, bada. E in così dirmi,
Esce col più delle sue ancelle: alcune,
Ma giovanette nescie, alla donzella
Addette, vi rimangono. Si danno

Adhortor, properent. Dum apparatur, virgo in conclavi sedet,

Suspectans tabulam quandam pictam, ubi inerat pictura haec Jovem

Quo pacto Danaae misisse aiunt quondam in gremium imbrem aureum.

Egomet quoque id spectare coepi. Et quia consimilem luserat

Jam olim ille ludum, impendio magis animus gaudebat mihi,

Deum sese in hominem convertisse, atque in alienas tegulas

Venisse clanculum per impluvium, fucum factum mulieri.

At quem deum? Qui templa coeli summa sonitu concutit.

Ego homuncio hoc non facerem? ego vero illud feci, ac lubens.

Dum haec mecum reputo, accersitur lavatum interea virgo.

It, lavit, redit: deinde eam in lectum illae conlocant.

Sto exspectans, si quid mihi imperent. Venit una, heus tu, inquit, Dore,

Cape hoc flabellum, ventulum huic sic facito dum lavamur.

Ubi nos laverimus, si voles, lavator. Accipio tristis.

Queste a drittura a prepararle il bagno;
Io l'esorto a far presto. Intanto, assisa
Nel gabinetto la fanciulla, a un quadro
Ivi appeso mirava: era il dipinto,
Giove che in pioggia d'oro a Danae in grembo
Pur s'introduce: ed a mirarlo anch'io
Mi pongo. E tanto più mi gongolava
Tacitamente in petto il cuor, pensando
Ch'egli un dì pur questo mio scherzo istesso
Oprato avea: converso in uomo un Nume;
E qual Nume? il terribile, che il mondo
Col trisulco suo folgore rintrona:
E un tanto Dio, pur venne di nascosto
Giù, qual gattuccio per l'altrui grondaje,
Ad ingarabullare una sua donna:
E un omicciuol com'io, ciò non farebbe?
Ben venni io, sì; nè me ne pento. In questa,
Le vengon dir, ch'è lesto il bagno; ed ella,
Va, si bagna, ritorna, e a letto posta
Vien dalle fanticelle. Io, sto aspettando,
Se nulla mi s'impone; ed eccone una,
Che dicemi: Ehi, tu Doro, to'il ventaglio,
E fin che noi bagniamci, a questo modo
Sventolínala un po': bagnate noi,
Ti laverai pur tu, se il vuoi. Con viso
Scontento, io piglio il ventaglio....

ANTIPHO

Tum equidem istuc os tuum impudens videre nimium vellem,
Qui esset status, flabellulum tenere te asinum tantum.

CHAEREA

Vix elocuta est hoc, foras simul omnes proruunt se:
Abeunt lavatum, perstrepunt, ita ut fit, domini ubi absunt.
Interea somnus virginem opprimit. Ego limis specto
Sic per flabellum clanculum: simul alia circumspecto,
Satin' explorata sint. Video esse: pessulum ostio obdo.

ANTIPHO

Quid tum?

CHAEREA

Quid? quid tum, fatue?

ANTIPHO

Fateor.

CHAEREA

An ego occasionem
Mihi ostentam tantam, tam brevem, tam optatam, tam insperatam,

ANTIFONE

Oh! allora,

Allora sì questa tua faccia tosta
Avrei voluto godermi! vederti,
Disadattone in femminil contegno,
Col ventaglino in pugno!

CHEREA

E appena detto,

Corrono al bagno tutte a un tratto; ed ivi
Fan tutte insieme il gran chiasso, che suolsi
Quando è fuori il padrone. Intanto, assonna
A poco a poco la fanciulla. Io adocchio
Così a traverso al ventaglin, di furto;
E intorno intorno a un tempo ben mi guardo,
Se il tutto è certo; e vistomi sicuro,
Il chiavistel chiudo d'un salto.

ANTIFONE

E allora?

CHEREA

E allora? sciocco; e allor che fatto avresti?

ANTIFONE

Sciocca domanda; è vero.

CHEREA

Una sì acconcia

Occasíon, sì tosta, sì bramata,
Sì inaspettata, a perderla ch'i'avessi?

Amitterem? tum pol ego is essem vere, qui assimulabar.

ANTIPHO

Sane, hercle, ut dicis. Sed interim de symbolis quid actum est?

CHAEREA

Paratum est.

ANTIPHO

Frugies. Ubi? domin'?

CHAEREA

Imo apud libertum Discum.

ANTIPHO

Perlonge est: sed tanto ocius properemus. Muta vestem.

CHAEREA

Ubi mutem? perii: nam domo exsulo nunc. Metuo fratrem,
Ne intus sit: porro autem, pater ne rure redierit jam.

ANTIPHO

Eamus ad me: ibi proxumum est ubi mutes.

CHAEREA

Recte dicis.

Stato allor sì, per dio, sarei davvero
Quel ch'io d'esser fingea.

ANTIFONE

Ben di', per dio.
Ma, a che siam noi frattanto, della cena?

CHEREA

Presta ell'è.

ANTIFONE

Magra fia. Dove? in tua casa?

CHEREA

No; da Disco, liberto.

ANTIFONE

Oh! lunge assai:
Tanto più dunque a fretta andiam. Ma, cangia
D'abito pria.

CHEREA

Ma, dove (oimè!) cangiarne?
† Per paura di Fedria, non oso
Tornare in casa; e temo anco del padre,
Che già di villa ritornato sia.

ANTIFONE

Vien da me dunque; è tutto strada, e quivi
Potrai spogliarti.

CHEREA

A maraviglia: andiamvi.

Eamus: et de istac simul, quo pacto porro
possim
Potiri, consilium volo capere una tecum.

ANTIPHO

Fiat.

Voglio anco teco consigliarmi, come
Far mia costei si possa.

ANTIFONE

Avviseremci.

ACTUS QUARTUS

SCENA PRIMA

DORIAS

Ita me Dii ament, quantum ego illum, vidi non nihil timeo misera,
Ne quam ille hodie insanus turbam faciat, aut vim Thaidi.
Nam postquam iste advenit Chremes adolescens, frater virginis,
Militem rogat, ut illum admitti jubeat. Ille continuo irasci,
Neque negare audere. Thais porro instare, ut hominem invitet.
Id faciebat retinendi illius causa: quia illa, quae cupiebat
De sorore ejus indicare ad eam rem tempus non erat.
Invitat tristis. Mansit. Ibi illa cum illo sermonem occipit.
Miles verò sibi putare adductum ante oculos aemulum:

ATTO QUARTO

SCENA PRIMA

DORIA

Affeddedicci, non ho visto mai
Trasóne tauto in bestia: me meschina!
Temo ch' oggi quel pazzo un qualche brutto
Scherzo non faccia a Taide mia. Condotto
Io v'ebbi appena il giovine Creméte,
Fratel (dic' ei) della donzella nostra,
Che Taide Trasón prega d'invitarlo
Con loro a cena. Il che a Trasón non piace,
E tosto ingrugna, ma negar non osa.
Taide insiste; e il facea, per poter quindi
† A suo bell'agio parlar con Creméte
† Circa alla suora sua, com'ella brama
† Già da gran tempo; e s'ei non sta, nol puote.
Trasóne al fin, di mala grazia, invitalo;
Creméte accetta, e a favellar si pone
Con Taide. Il soldataccio tosto pensa
Ch'è un suo rival costui, che Taide a forza

Voluit facere contra huic aegre. Heus, inquit, puer, Pamphilam
Arcesse, ut delectet hic nos. Illa exclamat, minime gentium.
In convivium illam? miles tendere. Inde ad jurgium.
Interea aurum sibi clam mulier demit, dat mihi ut auferam.
Hoc est signi, ubi primum poterit, se illinc subducet, scio.

SCENA SECUNDA

PHAEDRIA

Dum rus eo, coepi egomet mecum inter vias,
Ita ut fit, ubi quid in animo est molestiae,
Aliam rem ex alia cogitare, et ea omnia in
Pejorem partem. Quid opus est verbis? dum haec puto,
Praeterii imprudens villam. Longe jam abieram,
Cum sensi. Redeo rursum, male vero me habens.
Ubi ad ipsum veni divorticulum, constiti.

Gliel fea venir su gli occhi; onde contr'essa
Vuol dispettoso oprar. Vanne, o ragazzo,
(Ei grida) e adduci Panfila, che un poco
Quì ci trastulli. Esclama Taide: Eh via;
Panfila meco a cena? Anzi; dic'egli;
Panfila appunto. E quì comincia il chiasso.
Tratta in disparte intanto, Taide diemmi
Gli ori suoi tutti onde spogliossi. A casa
Io li riporto; e questi ornati segno
Mi son di certo, che di là trarrassi
Taide tantosto, subito che il possa.

SCENA SECONDA

FEDRIA

Strada facendo per irmene in villa,
A ruminare d'una in altra cosa
Io cominciava, come suolsi quando
Si ha dei fastidj, e il tutto porre al peggio:
Per farla breve, in tai pensier trapasso,
Senza avvedermen, la mia villa; e lungi
Ben era io già, quando pur me n'avvidi.
Bestemmiando, ritorno. Giunto al viottolo,
Mi soffermo; e fra me principio a dire:

Occepi mecum cogitare; hem, biduum hic
Manendum est soli sine illa? quid tum postea?
Nihil est. Quid? nihil? si non tangendi copia est,
Eho, ne videndi quidem erit? si illud non licet,
Saltem hoc licebit. Certe, extrema linea
Amare, haud nihil est. Villam praetereo sciens.
Sed quid hoc, quod timida subito egrèditur Pythias?

SCENA TERTIA

PYTHIAS, PHAEDRIA, DORIAS

PYTHIAS

Ubi ego illum scelerosum, misera, atque impium inveniam? aut ubi quaeram?
Hoccine tam audax facinus facere esse ausum? perii!

PHAEDRIA

Hoc quid sit vereor.

PYTHIAS

Quin etiam insuper scelus, postquam ludificatus est virginem,

Due giorni io quì? solo, senz'essa? e poi
Che monta ciò? Ma è un nulla. Come, un nulla?
† Non ch'io pur non toccarla, nè vederla
Pure potrò? se non mi si dà quello,
Mi si dia questo almeno. È ben qualcosa
Per un amante, il sol veder da lungi.
E in così dir, rioltrepasso a posta
La villa mia. Ma Pitia fuori a un tratto,
Spaventata sen esce! or, che mai fia?

SCENA TERZA

PITIA, FEDRIA, poi DORIA

PITIA

Dove trovar quell'empio furfantaccio?
Misera me! dove cercarne? Ch'abbia
Osato costui tanto? un tal delitto
Temerario compire? oimè!...

FEDRIA

Oimè!
Temer mi fa il suo dire.

PITIA

E, non contento
Di strazíar la donzelletta, osava

Vestem omnem miserae discidit, tum ipsam capillo conscidit.

PHAEDRIA

Hem!

PYTHIAS

Qui nunc si detur mihi,
Ut ego unguibus facile illi in oculos involem venefico?

PHAEDRIA

Nescio quid profecto, absente nobis, turbatum est domi.
Adibo. Quid istuc? quid festinas? aut quem quaeris, Pythias?

PYTHIAS

Ehem, Phaedria, egon' quem quaeram? i hinc quo dignus es cum donis tuis
Tam inlepidis.

PHAEDRIA

Quid istuc est rei?

PYTHIAS

Rogas me? eunuchum quem dedisti nobis, quas turbas dedit?
Virginem, quam herae dono dederat miles, vitiavit.

Anco il ribaldo e le vesti e i capelli
Laccra e rotta lasciarcela.

FEDRIA

Oh! oh!

PITIA

Che s'io il tenessi, oh come con quest'ugne
Mi avventerei di quel maliardo al collo!

FEDRIA

Un qualche sconcio, ch'io non so, succede,
Assente me. Sappiasi. — O Pitia, e dove
Sì a fretta corri? di chi in traccia?

PITIA

O Fedria,
Di chi vo in traccia?.. Or va, tu co' tuoi doni,
Sgraziati tanto: affè, bei doni!...

FEDRIA

Or dimmi,
Che diavol è?

PITIA

Mel chiedi? Quel tuo Eunuco,
Che ci donasti, fatto egli ha un bel chiasso, eh?
La verginella, che Trasón ci dava,
Ei se l'ha colta.

PHAEDRIA

Quid ais?

PYTHIAS

Perii.

PHAEDRIA

Temulenta es.

PYTHIAS

Utinam sic sint, qui mihi male volunt.

DORIAS

An obsecro, mea Pythias, quid istucnam monstri fuit?

PHAEDRIA

Insanis: qui istuc facere eunuchus potuit?

PYTHIAS

Ego illum nescio
Qui fuerit: hoc, quod fecit, res ipsa indicat.
Virgo ipsa lacrumat, neque, cum rogites quid sit, audet dicere.
Ille autem bonus vir nusquam apparet. Etiam hoc misera suspicor,
Aliquid domo abeuntem abstulisse.

PHAEDRIA

Nequeo mirari satis,

FEDRIA

Oh! che di' tu?

PITIA

Son morta.

FEDRIA

Bevuto hai tu.

PITIA

Bevuto avesser quelli
Che mal mi vonno, del velen ch'io bevvi.

DORIA [1]

Oh! Pitia mia, ten prego, che stranezza
Fu questa mai?

FEDRIA

Ma tu deliri: or, come
Potea ciò far l'Eunuco?

PITIA

E che sommi io,
Chi colui fosse? il fatto parla. E stassi
La donzella piangendo; e, interrogata
Di quel ch'è stato, si périta e tace.
E il galantuom, più non si vede intanto.
Anzi, ho paura (ahi trista a me!) ch'ei seco
Alcuna cosa abbia involata.

FEDRIA.

E' fammi

[1] Uscendo.

Quo ille abire ignavos possit longius, nisi si domum
Forte ad nos rediit.

PYTHIAS

Vise amabo, num sit.

PHAEDRIA

Jam faxo scies.

DORIAS

Perii! obsecro tam infandum facinus, mea tu, ne audivi quidem.

PYTHIAS

At pol ego amatores mulierum esse audieram eos maxumos,
Sed nihil potesse: verum miserae non in mentem venerat:
Nam illum aliquo conclusissem, neque illi commisissem virginem.

Strasecolar, costui: ma pur, non puote
Essersi altrove ritratto il dappoco,
Se non se a casa mia: forse ei saravvi.

PITIA

Appuralo, di grazia.

FEDRIA [1]

Il saprem tosto.

DORIA

Oimè, oimè! Pitia mia; che un sì nefando
Misfatto io mai nè in detti pur provava.

PITIA

Affè, ch'io ben avea sentito dire
Che donnajuoli eran davver gli Eunuchi,
Ma inconcludenti. Ed io (trista me!) punto
Nol rimembrai; che mai non gli avrei data
La donzella in custodia; anzi lo avrei
Tenuto altrove e sotto chiave.

[1] Entrando.

SCENA QUARTA

PHAEDRIA, EUNUCHUS, PYTHIAS, DORIAS

PHAEDRIA

Exi fóras, scéleste! at etiam restitas,
Fugitive? prodi, male conciliate.

EUNUCHUS

Obsecro.

PHAEDRIA

Oh,
Illud vide, os ut sibi distorsit carnufex!
Quid huc reditio est? quid vestis mutatio?
Quid narras? paulum si cessassem, Pythias,
Domi non offendissem: ita jam adornarat fugam.

PYTHIAS

Habesne hominem, amabo?

PHAEDRIA

Quidni habeam?

SCENA QUARTA

FEDRIA, L'EUNUCO,
PITIA, DORIA

FEDRIA

Or esci,
Esci, o ribaldo. E che? tu fai passetti?
Via fuori su, cammina, sciagurato,
Fuggiasco.

L'EUNUCO

Abbi pietà.....

FEDRIA

Che vedo? in altre
Vesti? perchè, furfante? perchè in casa
Tornato sei? perchè non parli? oh vedi
Boccaccie, ei fa! — Davver, Pitia, che s'io
Poco tardava, non l'avrei trovato
Più da me, no: sì bene erasi acconcio
Per fuggirsene.

PITIA

Or, pregoti, ov'è Dòro?

FEDRIA

Oh bella! eccolo.

PYTHIAS

O factum bene!

DORIAS

Istuc pol vero bene.

PYTHIAS

Ubi est?

PHAEDRIA

Rogitas? non vides?

PYTHIAS

Videam? obsecro quem?

PHAEDRIA

Hunc scilicet.

PYTHIAS

Quis hic est homo?

PHAEDRIA

Qui ad vos deductus hodie est.

PYTHIAS

Hunc oculis suis
Nostrarum nunquam quisquam vidit, Phaedria.

PHAEDRIA

Non vidit?

PYTHIAS

An tu hunc credidisti esse, obsecro,
Ad nos deductum?

PITIA

Oh! bene....

DORIA

Bene.

PITIA

Dove?

FEDRIA

Dove? nol vedi?

PITIA

Io'l vedo? qual?...

FEDRIA

Costui.

PITIA

Chi è'gli costui?

FEDRIA

Quel ch'io diedi oggi a voi.

PITIA

Fedria, nessuna oggi di noi vedeva
Con gli occhi suoi costui.

FEDRIA

Come? nol vide?...

PITIA

In grazia, e credestù che a noi condotto
Costui venisse?

PHAEDRIA

Namque alium habui neminem.

PYTHIAS

Au!

Ne comparandus hic quidem ad illum est.
Ille erat
Honesta facie, et liberali.

PHAEDRIA

Ita visus est
Dudum, quia varia veste exornatus fuit:
Nunc tibi videtur foedus, quia illam non habet.

PYTHIAS

Tace, obsecro: quasi vero paulum intersiet.
Ad nos deductus hodie est adolescentulus,
Quem tu videre vero velles, Phaedria.
Hic est vetus, vietus, veternosus, senex,
Colore mustelino.

PHAEDRIA

Hem, quae haec est fabula?
Eo redigis me, ut, quid egerim, egomet nesciam.
Eho, tu emin' ego te?

EUNUCHUS

Emisti.

PYTHIAS

Jube, mihi denuo

FEDRIA

Nessun altro io n'ebbi.

PITIA

Eh via. Non è da compararsi pure
Questo a quell'altro. Egli era un giovinetto
Di non servil sembianza, bello....

FEDRIA

Ei parve
Tale allor, perchè in altre ornate spoglie
Avvolto egli era; or, disadorno d'esse,
Brutto ti pare.

PITIA

Eh! che di' tu? v'è troppa
La differenza. A noi quest'oggi dato
Fu un giovincello, davver da vedersi:
Quest'è attempato, vieto, grave, vecchio,
Color di topo.

FEDRIA

Oh! che favola è questa?
Mi traggi a tal, ch'io stesso or più non sappia
Quel ch'i' facessi. — Ehi, tu: non t'ho io compro?

L'EUNUCO

M'hai compro, sì.

PITIA

Comandagli, che adesso

Respondeat.

PHAEDRIA

Roga.

PYTHIAS

Venistin' hodie ad nos? negat.
At ille alter venit annos natus sedecim,
Quem secum adduxit Parmeno.

PHAEDRIA

Agedum, hoc mihi expedi
Primum: istam, quam habes, unde habes
vestem? taces?
Monstrum hominis, non dicturus?

EUNUCHUS

Venit Chaerea.

PHAEDRIA

Fraterne?

EUNUCHUS

Ita.

PHAEDRIA

Quando?

EUNUCHUS

Hodie.

PHAEDRIA

Quam dudum?

Egli risponda a me.

FEDRIA

Di' su.

PITIA

Venisti
Oggi tu a noi? — Ben vedi; ei, di no, dice.
Ma un altro ben ci venne, d'anni sedici,
Cui Parménone addusse.

FEDRIA

Or via, da prima,
Tu dimmi, su; dond'hai queste tue spoglie?
Tu taci? Fignraccio; e nol dirai?

L' EUNUCO

Venne Cherea....

FEDRIA

Fratelmo?

L' EUNUCO

Sì, davvero....

FEDRIA

Quando?

L' EUNUCO

Oggi.

FEDRIA

Un pezzo fa?

EUNUCHUS

Modo.

PHAEDRIA

Quicum?

EUNUCHUS

Cum Parmenone.

PHAEDRIA

Norasne eum prius?

EUNUCHUS

Non: nec, quis esset, unquam audieram dicier.

PHAEDRIA

Unde igitur, meum fratrem esse, sciebas?

EUNUCHUS

Parmeno
Dicebat eum esse: is dedit mihi hanc vestem.

PHAEDRIA

Occidi.

EUNUCHUS

Meam ipse induit: post una ambo abierunt foras.

PYTHIAS

Jam satis credis sobriam esse me, et nil mentitam tibi?
Jam satis certum est virginem vitiatam esse?

L'EUNUCO

Testè.

FEDRIA

Con cui?

L'EUNUCO

Con Parménone.

FEDRIA

Avevil visto pria?

L'EUNUCO

No; nè chi ei fosse aveva udito io mai.

FEDRIA

Donde dunque il sapevi a me fratello?

L'EUNUCO

Parménone il dicea; diemmi egli questa
Veste....

FEDRIA

Ahi me lasso!...

L'EUNUCO

Ed ei la mia si pose:
Poscia ambo insieme se n'usciron...,

PITIA

Parti
Chiaro abbastanza adesso, ch'io non bevvi,
Nè ti mentiva? e adesso ti par chiaro,
Come alla vergin si facesse il giuoco?

PHAEDRIA

Age nunc, bellua,
Credis huic quod dicat?

PYTHIAS

Quid isti credam? res ipsa indicat.

PHAEDRIA

Concede istuc paululum. Audin'? etiam paululum. Sat est.
Dic dum hoc rursum: Chaerea tuam vestem detraxit tibi?

EUNUCHUS

Factum.

PHAEDRIA

Et ea est indutus?

EUNUCHUS

Factum.

PHAEDRIA

Et pro te huc deductus est?

EUNUCHUS

Ita.

PHAEDRIA

Jupiter magne! O scelestum atque audacem hominem!

FEDRIA

Sciocca; e che? credi a ciò ch'ei dice?

PITIA

Io credo

A ciò che ho visto.

FEDRIA

Un pocolin ti scosta,
Pitia, da me. Mi senti, eh, tu? Dell'altro
Un pochin più: basta or così. — Ridimmi
Or tu: la veste tua Cherea ti trasse?

L'EUNUCO

Appunto.

FEDRIA

E a se la pose?

L'EUNUCO

Appunto.

FEDRIA

E in vece
Di te condotto ei fu di Taide in casa?

L'EUNUCO

A puntino.

FEDRIA

Per Giove! Ahi scellerato,
Temerario ch'egli è....

PYTHIAS

Vae mihi!
Etiam nunc non credis indignis nos esse irrisas modis?

PHAEDRIA

Mirum ni tu credis quod iste dicit. Quid agam nescio.
Heus, negato rursum. Possumne ego hodie ex te exculpere
Verum? vidistine fratrem Chaeream?

EUNUCHUS

Non.

PHAEDRIA

Non potest
Sine malo fateri, video. Sequere me hac. Modo ait, modo negat.
Ora me.

EUNUCHUS

Obsecro te vero, Phaedria.

PHAEDRIA

I intro.

PITIA

Me lassa! e ancora
Dubiti tu del brutto indegno scherzo,
Che ci vien fatto?

FEDRIA

Eh! che in costui tu creda,
Non mi stupisce. — [1] Io non so più che dirmi.
Ehi tu, Doro, rinega quanto hai detto. —
[2] E non fia ch'oggi da te possa io il vero
Cavar fuori? Veduto hai Cherea dunque,
Il fratel mio?

L'EUNUCO [3]

No, no.

FEDRIA

Senza picchiarti,
Tu non confesserai; già il veggo. Sieguimi
Tosto in costà. [4] L'udiste? or sì, or no;
Costui tentenna. [5] Pregami.

L'EUNUCO

Scongiuroti,
Non mi picchiare, o Fedria.

FEDRIA [6]

Su, in casa.

[1] Fedria da se; poi a Doro sotto voce.
[2] Fedria a Doro, ad alta voce.
[3] O impaurito, o d'accordo con Fedria.
[4] Fedria a Pitia, e Doria.
[5] Fedria all'Eunuco, sotto voce.
[6] Finge di batterlo, appena entrato.

EUNUCHUS

Hoi, hei.

PHAEDRIA

Alio pacto honeste quo modo hinc nunc abeam nescio.
Actum est siquidem! tu me hic etiam, nebulo, ludificabere?

PYTHIAS

Parmenonis tam scio esse hanc technam, quam me vivere.

DORIAS

Sic est.

PYTHIAS

Inveniam pol hodie parem ubi referam gratiam.
Sed nunc quid faciendum suades, Dorias?

DORIAS

De istac rogas Virgine?

PYTHIAS

Ita. Utrum taceamne, an praedicem?

L'EUNUCO

Ahi! ahi! non più....

FEDRIA

Da questo guazzabuglio
[1] In altro modo non so uscirne a onore:
Già il colpo è fatto. — [2] E, tu impostor, per anco
Mi burlerai? no, no....

PITIA

Per me, son tanto
Certa, ch'è di Parménone una trama,
Quant'io il sono or d'esistere.

DORIA

Gli è lui,
Di certo.

PITIA

Ma, per dio, troverò modo
Di rendergli oggi la pariglia. Intanto,
Doria, che avvisi or s'abbia a far da noi?

DORIA

Circa alla vergin eh?

PITIA

Sì; debb'io dirlo,
Ovver tacerlo?

[1] Fedria fra se, prima di seguire in casa l'Eunuco.
[2] Fedria, rientrando, all'Eunuco già entrato.

DORIAS

Tu pol, si sapis,
Quod scis ne scis, neque de Eunucho, neque de vitio virginis.
Hac re et te omni turba evolves, et illi gratum feceris.
Id modo dic, abisse Dorum.

PYTHIAS

Ita faciam.

DORIAS

Sed videon' Chremem?
Thais jam aderit.

PYTHIAS

Quid ita?

DORIAS

Quia, cum inde abeo, jam tum inceperat
Turba inter eos.

PYTHIAS

Tu aufer aurum hoc: ego scibo ex hoc quid siet.

DORIA

Affè, se accorta sei,
Ignora quanto e dell'Eunuco e d'essa
Pur sai: così te cavi d'ogni impaccio,
E fai servizio alla donzella. Nulla
Dir altro dei, fuorchè, fuggíasi Doro.

PITIA

Così vo'fare.

DORIA

Ma, Creméte io veggo?
Che Taide già sen torni?

PITIA

Perchè Taide?...

DORIA

Perchè all'uscir di casa Trasón io,
C'era del brutto già fra Taide ed esso.

PITIA

Rientra tu, con que'giojelli: io voglio
Da Creméte informarmi quel che sia.

SCENA QUINTA

CHREMES, PYTHIAS

CHREMES

At at, data hercle verba mihi sunt: vicit vinum quod bibi.
At dum accubabam, quam videbar mihi esse pulchre sobrius!
Postquam surrexi, neque pes, neque mens satis suum officium facit.

PYTHIAS

Chremes.

CHREMES

Quis est? chem, Pythias. Vah! quanto nunc formosior
Videre quam dudum!

PYTHIAS

Certe quidem tu pol multo hilarior.

CHREMES

Verbum hercle hoc verum est, sine Cerere et Libero friget Venus.

SCENA QUINTA

CREMETE, PITIA

CREMÉTE

Sì, sì davver, per dio, gabbato i' sono:
Bevuto ho troppo. Eppur, finch'era a mensa,
Oh quanto mi tenea sobrio pulito!
Appena in piè, non mi trovo nè gambe
Nè mente intera.

PITIA

Creméte.

CREMÉTE

Chi chiama?
Oh! Pitia, tu? Deh! quanto assai più bella
Or mi sembri che dianzi!

PITIA

E affè, tu quanto
Festevol più!

CREMÉTE

Per dio, vero è il proverbio:
Senza Cerere e Bacco, è un ghiaccio Venere.

Sed Thais multo ante venit?

PYTHIAS

An abiit jam a milite?

CHREMES

Jamdudum, aetatem. Lites factae sunt inter eos maxumae.

PYTHIAS

Nil dixit, tu ut sequerere sese?

CHREMES

Nihil, nisi abiens mihi innuit.

PYTHIAS

Eho, nonne id sat erat?

CHREMES

At nesciebam id dícere illam, nisi quia Correxit miles, quod intellexi minus: nam me extrusit foras.

Sed eccam ipsam: miror ubi ego huic ante-vorterim.

Ma Taide è quì già pria di me, senz'altro.

PITIA

Ella Trasón dunque lasciò?...

CREMÉTE

A quest'ora?
È un secolo. Si son mangiati l'anima
Fra loro.

PITIA

E di seguirla non ti disse?

CREMÉTE

Ella nol disse, ma accennommi uscendo.

PITIA

E non bastava questo?

CREMÉTE

A dirti il vero,
Non me n'avvidi io subito; ma femmi
Di ciò accorto Trasón, coll'*espulsarmi*
Iratamente. Ma, ecco Taide: è strano
Ch'io, mosso dopo, innanzi lei sia giunto.

SCENA SEXTA

THAIS, CHREMES, PYTHIAS

THAIS

Credo equidem illum jam adfuturum esse, ut illam a me eripiat. Sine veniat.

Atqui si illam digito attigerit uno, oculi illico effodientur.

Usque adeo ego illius ferre possum ineptias et magnifica verba,

Verba dum sint. Verum enim si ad rem conferentur, vapulabit.

CHREMES

Thais, ego jamdudum hic adsum.

THAIS

O mi Chreme, teipsum exspectabam.

Scin' tu turbam hanc propter te esse factam?

et adeo ad te attinere hanc

Omnem rem?

CHREMES

Ad me? qui quasi istuc?

SCENA SESTA

TAIDE, CREMETE, PITIA

TAIDE [1]

Credo, per certo, ei ci verrà a momenti
Per tor Panfila a me: ma sì ci venga;
Provisi. Affè, se col mignolo pure
E' mai la tocca, caveremgli tosto
Gli occhiacci. Le sue baje e paroloni
Sopporterò, finchè son vento; ov' egli
Venisse ai fatti, e' toccheranne.

CREMÉTE

Taide,
Io già son quì da un pezzo.

TAIDE

Oh! mio Creméte,
Te appunto aspettav' io. Sai tu, che t'eri
La cagion tu di quel garbuglio? e quindi,
Ch' egli è del tutto un affar tuo?

CREMÉTE

Mio affare?
Come? quasi io costà....

[1] Non udita da Creméte.

THAIS

Quia, dum tibi sororem studeo
Reddere, ac restituere, haec atque hujusmodi
sum multa passa.

CHREMES

Ubi ea est?

THAIS

Domi apud me.

CHREMES

Hem!

THAIS

Quid est?
Educta ita, uti teque illaque dignum est.

CHREMES

Quid ais?

THAIS

Id quod res est.
Hanc tibi dono do, neque repeto pro illa quid-
quam abs te pretii.

CHREMES

Et habetur, et referetur, Thais, a me, ita uti
merita es, gratia.

THAIS

At enim cave, ne prius, quam hanc a me acci-
pias, amittas, Chreme.

TAIDE

Chiara è la cosa;
Per volerti io render la tua suora,
Ebbi a soffrir quanto vedesti.

CREMÉTE

Ov'è ella?

TAIDE

In casa mia la tengo.

CREMÉTE

Oh oh!

TAIDE

Che c'è 'gli?
Io l'ho allevata da par vostri....

CREMÉTE

Il dici.

TAIDE

Dico quel ch'è; tosto il vedrai, poich'io
A te la dono, nè un danar del costo
Da te ripeto.

CREMÉTE

Ed io, Taide, qual merti,
Terrotten conto.

TAIDE

Ma bada, o Crémete,
Di non la perder or, pria che tu l'abbi

Nam haec ea est, quam miles a me vi nunc ereptum venit.

Abi tu, cistellam, Pythias, domo effer cum monumentis.

CHREMES

Viden' tu illum, Thais?

PYTHIAS

Ubi sita est?

THAIS

In risco. Odiosa, cessas?

CHREMES

Militem secum ad te quantas copias adducere? At at!

THAIS

Num formidolosus, obsecro, es, mi homo?

CHREMES

Apage sis.

Egon' formidolosus? nemo est hominum, qui vivat, minus.

THAIS

Atque ita opus est.

CHREMES

Ah, metuo, qualem tu me esse hominem existumes.

Ricevuta da me: ch'ella è costei
La stessa appunto, ch'or per forza a tormi
Trasón verrà. — Pitia, tu intanto in casa
Vanne, e quì reca il cestellin coi segni.

CREMÉTE

Il vedi tu, Taide, venir Trasóne?

PITIA

Ov'è 'gli il cestellin?

TAIDE

Nella paniera.

† Finirai tu, nojosa?

CREMÉTE

E credi tu ch'ei venga in forza? Ah ah!...

TAIDE

Di grazia, galantuom, se' tu un vigliacco?

CREMÉTE

Eh via; vigliacco? e'non v'è l'uom vivente,
Che il sia meno di me.

TAIDE

Tal è il nostr'uopo.

CREMÉTE

Non vorrei già, che tu per un dappoco
M'avessi a avere.

THAIS

Imo hoc cogitato: quicum res tibi est, peregrinus est,
Minus potens quam tu, minus notus, minus amicorum hic habens.

CHREMES

Scio istuc. Sed tu quod cavere possis, stultum admittere est.
Malo ego nos prospicere, quam hunc ulcisci accepta injuria.
Tu abi, atque obsera ostium intus, ego dum hinc transcurro ad forum.
Volo ego adesse hic advocatos nobis in turba hac.

THAIS

Mane.

CHREMES

Melius est.

THAIS

Mane.

CHREMES

Omitte, jam adero.

THAIS

Nil opus est istis, Chreme:
Hoc modo dic, sororem illam tuam esse, et te parvam virginem

TAIDE

Hai da rifletter anco,
Che t'hai che far con uom ch'è quì straniero,
Men di te noto, meno amici, meno
Potente....

CREMÉTE

Il so codesto. Ma, gli è pazza
Cosa, il dar luogo a ciò che schivar puossi.
Meglio è piuttosto antivenir, che avuto
Oltraggio vendicare. Taide, in casa
Chiuditi or tu per bene, mentr'io vado
Quassù pel foro. I' vo' cercarmi gente
Che meco assista a questa rissa.

TAIDE

Eh, statti.

CREMÉTE

No, no; meglio è così.

TAIDE

Rimanti, dico.

CREMÉTE

Lasciami; i' torno....

TAIDE

È vano tutto questo.
Tu sol dirai, Creméte, che costei
È la sorella tua; da te smarrita

Amisisse, nunc cognosse: signa ostende.

PYTHIAS

Adsunt.

THAIS

Cape.

Si vim faciet, in jus ducito hominem: intellextin'?

CHREMES

Probe.

THAIS

Fac animo haec praesenti dicas.

CHREMES

Faciam.

THAIS

Attolle pallium.

Perii! huic ipsi opus patrono est, quem defensorem paro.

Piccina, ed or riconosciuta: e i segni
Mostra ad un tempo.

PITIA

Eccoli appunto.

TAIDE

Tienli.
E s'ei fa il chiasso, traggilo in giudizio.
Hai tu capito?

CREMÈTE

A maraviglia.

TAIDE

Vedi
Di farti onor quand'egli giunga, e dirgli
Quant'io diviso.

CREMÈTE

Il dirò, sì.

TAIDE

Raccogli
Su il pallio tuo frattanto, ch'e' ti casca.
Povera me! che questo mio campione
Di chi il difenda abbisogna egli stesso.

SCENA SEPTIMA

THRASO, GNATHO, SANGA, CHREMES, THAIS

THRASO

Hanccine ego ut contumeliam tam insignem in me accipiam, Gnatho?
Mori me satius est. Simalio, Donax, Syrisce, sequimini.
Primum aedes expugnabo.

GNATHO

Recte.

THRASO

Virginem eripiam.

GNATHO

Probe.

THRASO

Male mulcabo ipsam.

GNATHO

Pulchre.

SCENA SETTIMA

TRASONE, GNATONE, SANGA, CREMETE
TAIDE; E SEGUACI DI TRASONE

TRASONE

Ch'io mi trangugj un tanto affronto? ah! pria
Morir vogl'io, Gnatóne. Su, seguitemi,
Simalíon, Doráce, e tu Sirísco;
Venite; io primo espugnerò la casa....

GNATONE

Ben fatto.

TRASONE

E fuor la vergine trarronne.

GNATONE

A dritto.

TRASONE

E Taide acconcierò a dovere.

GNATONE

A maraviglia.

THRASO

In medium huc
agmen cum vecti, Donax:
Tu Simalio, in sinistrum cornu; tu Syrisce, in dexterum.
Cedo alios: ubi centurio est Sanga, et manipulus furum?

SANGA

Eccum, adest.

THRASO

Quid, ignave? periculon' pugnare, qui istum huc portes, cogitas?

SANGA

Egone? imperatoris virtutem noveram, et vim militum:
Sine sanguine hoc fieri non posse: qui abstergerem volnera!

THRASO

Ubi alii?

SANGA

Qui, malum, alii? solus Sannio servat domi.

TRASONE

Quà, Doráce, in mezzo
Tu della pugna, con la ferrea lieva.
Simalíon, tu al corno manco; al destro,
Sirísco, tu. Dove son gli altri? ov'è 'gli
Il centurion mio Sanga, col drappello
Dei predoni?

SANGA

Ecco Sanga.

TRASONE

E che? ti pensi
Pugnar col strofinacciolo, poltrone,
Che in man tel rechi?

SANGA

A me, di' tu? Ben io
De' combattenti l'impeto, e il valore
Del capitan sapea; quindi il recai
Per le ferite rasciugar, che troppo
Scorrerà il sangue.

TRASONE

Ove son gli altri?

SANGA

E quali?
(Malora!) e chi altri v'ha? Sannión soletto
A custodir riman la casa.

THRASO

Tu hosce instrue hic: ego ero post principia: inde omnibus signum dabo.

GNATHO

Illuc est sapere! ut hosce instruxit, ipsus sibi cavit loco.

THRASO

Idem hoc jam Pyrrhus factitavit.

CHREMES

Viden' tu, Thais, quam hic rem agit?
Nimirum consilium illud rectum est de occludendis aedibus.

THAIS

Sane, quod tibi nunc vir videatur esse, hic nebulo magnus est:
Ne metuas.

THRASO

Quid videtur?

GNATHO

Fundam tibi nunc nimis vellem dari,
Ut tu illos procul hinc ex occulto caederes: facerent fugam.

TRASONE

Or questi
Sien quì da te schierati; io men vo dietro,
E darò quindi a tutti il cenno.

GNATONE [1]

Ah! questo,
Questo è sapere! in schiera gli altri; e tosto,
Se stesso in salvo.

TRASONE

In guisa tal già Pirro
Alla pugna ordinossi.

CREMÉTE [2]

Il vedi, o Taide,
Com'ei disponsi? Affè; il miglior partito
Gli è di ben ben stangar la casa.

TAIDE

Ov'egli
Fosse l'uom, ch'ei ti par: ma gli è un *vanésio;*
Non ne temere.

TRASONE

Or, che ten par, Gnatóne?

GNATONE

Troppo vorrei, ch'or tu la fromba avessi,
Per di quì saettarli da lontano
Nascostamente; e' fugheriansi presto.

[1] Da se.
[2] Finora stato in disparte con Taide.

THRASO

Sed eccam Thaidem ipsam video.

GNATHO

Quam mox irruimus.

THRASO

Mane.

Omnia prius experiri, quam armis, sapientem decet.

Qui scis, an, quae jubeam, sine vi faciat?

GNATHO

Di vostram fidem!

Quanti est saperè! nunquam accedo, quin abs te abeam doctior.

THRASO

Thais, primum hoc mihi responde: cum tibi do istam virginem,

Dixtin' hos dies mihi soli dare te?

THAIS

Quid tum postea?

THRASO

Rogitas? quae mi ante oculos coram amatorem adduxti tuum?

TRASONE

Ma, Taide ecco vegg'io.

GNATONE

Dunque, assaliamola.

TRASONE

Statti. Chi è savio dee tutto tentare,
Pria che all'armi venirne. Chi sa, s'ella,
Pria che sforzata, ora obbedir non vuolmi?

GNATONE

Poffarebacco! quel ch'egli è il sapere!
Non mi ti frego io mai, ch'io non c'impari.

TRASONE

Taide, alla prima su questo rispondimi.
Nel regalarti io la donzella, i patti
Nostri non fur, che per me sol tu stessi
Questi duo dì? non l'hai tu detto?

TAIDE

Ebbene,
Che inferir vuoi?

TRASONE

Tu il chiedi? tu, che ardita
Fosti di trarmi innanzi agli occhi in casa
Un altro amante tuo?...

THAIS

Quid cum illoc agas?

THRASO

Et cum eo clam te subduxti mihi?

THAIS

Lubuit.

THRASO

Pamphilam ergo huc redde, nisi vi mavis eripi.

CHREMES

Tibi illam reddat? aut tu eam tangas, omnium?

GNATHO

Ah, quid agis? tace.

THRASO

Quid tu tibi vis? ego non tangam meam?

CHREMES

Tuam autem, furcifer?

GNATHO

Cave sis, nescis cui maledicas nunc viro.

TAIDE

Perchè non cerchi
Garbuglio tu con lui?

TRASONE

Tu, che sottratta
Da me ti sei con lui?

TAIDE

Così mi piacque.

TRASONE

Quì dunque or tosto Panfila mi rendi;
Fuorch'abbi gusto, ch'io la tolga a forza.

CREMÉTE [1]

Ch'ella ti renda Panfila? che t'osi
Toccarla tu, solenne?...

GNATONE

Oh! che fai? taci.

TRASONE

Che ti vai tu cercando? ch'io non osi
Toccar la roba mia?...

CREMÉTE

Che roba tua?
Furfante....

GNATONE

Bada, veh: non sai tu a cui
Oltraggio dici.

[1] Mostrandosi.

CHREMES

Non tu hinc abis?
Scin' tu, ut tibi res se habeat? si quidquam hodie hic turbae coeperis,
Faciam, ut hujus loci, dieique, meique, semper memineris.

GNATHO

Miseret tui me, qui hunc tantum hominem facias inimicum tibi.

CHREMES

Diminuam ego caput tuum hodie, nisi abis.

GNATHO

Ain' vero, canis?
Siccine agis?

THRASO

Quis tu homo es? Quid tibi vis? Quid cum illa rei tibi est?

CHREMES

Scibis. Principio eam esse dico liberam.

THRASO

Hem!

CREMÉTE

Eh; tommiti d'innanzi.
Ma tu, spaccone, or sai che c'è di nuovo?
Che, se oggi mai tu quì a rissar ti metti,
Farò che t'abbi un bel ricordo eterno
Di questo luogo, e giorno, ed uomo.

GNATONE

Duolmi
Assai per te, che un inimico farti
Vogli d'un tanto personaggio:

CREMÉTE

O via,
Stu non m'esci de'piedi, oggi ti scemo
Io un po'la testa.

GNATONE

Sì eh! così fai,
Can, che ti se'?

TRASONE

Ma tu, chi sei? che vuoi?
Che hai seco a fare?

CREMÉTE

Odilo. In prima io dico,
Ch'ella è libera....

TRASONE

Panfila?

CHREMES

Civem Atticam.

THRASO

Hui!

CHREMES

Meam sororem.

THRASO

Os durum!

CHREMES

Miles, nunc adeo edico tibi,
Ne vim facias ullam in illam. Thais, ego eo ad Sophronam
Nutricem, ut eam adducam, et signa ostendam haec.

THRASO

Tun' me prohibeas,
Meam ne tangam?

CHREMES

Prohibebo, inquam.

GNATHO

Audin tu? hic furti se alligat.
Satis hoc tibi est.

CREMÉTE

Sì; ed Attica
Cittadina, ch'è più.

TRASONE

Bò bò.

CREMÉTE

E sorella
Mia.

TRASONE

Faccia tosta!

CREMÉTE

Onde, o messer soldato,
Ti manifesto che contr'essa nulla
Violenza farai. — Taide, frattanto
Io per Sofronia la nutrice or vado;
E lei presente, io mostrerò poi questi
Non dubbj segni.

TRASONE

E tu, impedirmi credi
Di torre il mio?

CREMÉTE [1]

Sì, il credo; e impedirotti.

GNATONE

L'udisti? ei si fa reo di ladroneccio;
Questo a te basta.

(1) Uscendo.

THRASO

Idem tu hoc ais, Thais?

THAIS

Quaere, qui respondeat.

THRASO

Quid nunc agimus?

GNATHO

Quin redeamus: jam haec tibi aderit supplicans
Ultro.

THRASO

Credin'?

GNATHO

Imo certe. Novi ingenium mulierum:
Nolunt, ubi velis: ubi nolis, cupiunt ultro.

THRASO

Bene putas.

GNATHO

Jam dimitto exercitum?

THRASO

Ubi vis.

TRASONE

E tu, confermi, o Taide,
Quanto ei ci disse?

TAIDE [1]

Va in giudizio, e trova
Chi a te risponda.

TRASONE

Ed or, che facciam noi?

GNATONE

Andiamcene: già già verratti innanzi
Spontaneamente a supplicarti Taide.

TRASONE

Il credi tu?

GNATONE

Son certo: emmi ben noto
Il donnesco talento; ove tu vogli,
Niegan elle; se nieghi, allor vonn'elle.

TRASONE

Giusto estimi.

GNATONE

Accomiato io dunque omai
Quest'esercito nostro?

TRASONE

A senno tuo.

(1) Rientrando in casa.

GNATHO

Sanga, ita uti fortes decet
Milites, domi focique fac vicissim ut memineris.

SANGA

Jamdudum animus est in patinis.

GNATHO

Frugi es.

SANGA

Vos me hac sequimini.

GNATONE

Sanga, via su, come a soldati prodi
Conviensi, ai Lari ed agli alari a prova
Fa che tu pensi.

SANGA

Ai patrii piatti abbiamo
Già tutti volto l'animo.

GNATONE

Da bravo.

TRASONE, O SANGA

Voi di costà seguite i passi miei.

ACTUS QUINTUS

SCENA PRIMA

THAIS, PYTHIAS

THAIS

Pergin', scelesta, mecum perplexe loqui?
Scio, nescio, abiit, audivi, ego non adfui.
Non tu istuc mihi dictura aperte es, quidquid est?
Virgo conscissa veste lacrumans obticet.
Eunuchus abiit. Quamobrem? Quid factum est? taces?

PYTHIAS

Quid tibi ego dicam misera? illum eunuchum negant
Fuisse.

THAIS

Quis fuit igitur?

PYTHIAS

Iste Chaerea.

ATTO QUINTO

SCENA PRIMA

TAIDE, PITIA

TAIDE

E tu pur segui, sciagurata, a farmi
Quest'ambigue risposte? io so; uon so;
† Ei fuggissi; io scntiva; io non c'era....
Non mi dirai tu chiaramentc dunque,
Tal ch'ella sia, la cosa? La donzella,
Tutta piangente c lacera le vcsti,
Tacesi; in fuga, ito è l'Eunuco; or via,
Pcrchè? che fu? parla: ancor taci?

PITIA

Ahi lassa!
Che poss'io dirti? Havvi chi afferma, quello
Non cssere un Eunuco.

TAIDE

E chi era ei dunque?

PITIA

Codesto Cherea.

THAIS

Qui Chaerea?

PYTHIAS

Iste ephebus frater Phaedriae.

THAIS

Quid ais, venefica?

PYTHIAS

Atqui certo comperi.

THAIS

Quid is obsecro ad nos? Quamobrem adductus est?

PYTHIAS

Nescio,
Nisi amasse credo Pamphilam.

THAIS

Hem, misera occidi,
Infelix, si quidem tu istaec vera praedicas.
Num id lacrumat virgo?

PYTHIAS

Id opinor.

THAIS

Quid ais, sacrilega?
Istuccine interminata sum hic abiens tibi?

TAIDE

Qual Cherea?

PITIA

Codesto
Giovanettin, di Fedria *tuo* il fratello.

TAIDE

Che di' tu, strega?

PITIA

E sì di certo io 'l seppi.

TAIDE

Ma, come, come in casa mia costui?
Perchè vi fu condotto?

PITIA

Io non so dirti;
Credo, che già Panfila amasse ei pria.

TAIDE

Misera me! infelice, io son perduta,
Se quanto dici è vero. E di ciò forse
La verginella piange?

PITIA

Così il penso.

TAIDE

Che parli tu, sagrilega? codeste
Le inibizioni son, ch' io dianzi, uscendo,
Ti fea?

PYTHIAS

Quid facerem? ita ut tu justi, soli credita est.

THAIS

Scelesta, ovem lupo commisisti. Dispudet
Sic mihi data esse verba. Quid illuc hominis est?

PYTHIAS

Hera mea, tace; tace, obsecro; salvae sumus:
Habemus hominem ipsum.

THAIS

Ubi is est?

PYTHIAS

Hem ad sinistram:
Viden'?

THAIS

Video.

PYTHIAS

Comprehendi jube, quantum potest.

THAIS

Quid illo facicmus, stulta?

PITIA.

Che ne poss'io? Come ordinasti,
La fidammo a lui solo.

TAIDE

Empia, l'agnella
Desti in custodia al lupo. Io *stra*vergognomi,
D'esser così beffata. — Ma, che specie
D'uomo colà mi si appresenta?

PITIA

Oh! zitto;
Zitto, padrona mia, di grazia: in porto
Siam noi: colui ci capita fra' piedi
Appunto.

TAIDE

Chi, colui? dov'è?

PITIA.

A man manca;
Nol vedi là?

TAIDE

Sì, il veggo.

PITIA.

Or, tosto tosto,
Fallo pigliare.

TAIDE [1]

E poi, che ne faremo,
Stolta?

[1] Non lo ravvisando.

PYTHIAS

Quid facias, rogas?
Vide amabo, si non, cum aspicias, os impudens
Videtur, non est? tum, quae ejus confidentia est?

SCENA SECUNDA

CHAEREA, THAIS, PYTHIAS

CHAEREA

Apud Antiphonem uterque, mater et pater,
Quasi dedita opera, domi erant, ut nullo modo
Introire possem, quin viderent me. Interim
Dum ante ostium sto, notus mihi quidam obviam
Venit. Ubi vidi, ego me in pedes, quantum queo,
In angiportum quoddam desertum: inde item
In aliud, inde in aliud. Ita miserrimus
Fui fugitando, ne quis me cognosceret.
Sed estne haec Thais, quam video? ipsa est. Haereo.
Quid faciam? quid mea autem? Quid faciet mihi?

PITIA

Che ne farai? bella domanda! —
Ve', per dio, se a guardarlo, del briccone
Non gli si vede in volto: non si vede?
Sì eh? francone egli è pur anco; e come!

SCENA SECONDA

CHEREA, TAIDE, PITIA

CHEREA

A farl'apposta, d'Antifóne in casa
S'avea a trovar e babbo e mamma entrambi;
Sì che a niun conto entrarci io mai potea,
Senza esser visto. E il peggio, mentre aspetto
Là 'nanzi l'uscio, un conoscente mio
Venir mi veggo incontro. A gambe ratto
Io me la do d'un chiassolin nell'altro,
Svicolando a mia possa. Così venni
Ad involarmi tapinel dagli occhi
Di chi potea conoscermi. — Ma, è Taide,
Quella ch'io veggo? è dessa. In dubbio sto:
Che farmi?... E la mia Panfila?.. Ma, in somma
Che mi farà poi Taide?...

THAIS

Adeamus. Bone vir Dore, salve: dic mihi,
Aufugistin'?

CHAEREA

Hera, factum.

THAIS

Satin' id tibi placet?

CHAEREA

Non.

THAIS

Credin' te impune habiturum?

CHAEREA

Unam hanc noxiam
Amitte: si aliam admisero unquam, occidito.

THAIS

Num meam saevitiam veritus es?

CHAEREA

Non.

THAIS

Quid igitur?

CHAEREA

Hanc metui, ne me criminaretur tibi.

TAIDE

Andianne a lui.
Galantuom, Doro, addio. Dimmi, fuggisti?...

CHEREA

Sì, nol niego, Padrona.

TAIDE

E, bella cosa
Parti aver fatto?

CHEREA

Eh, no.

TAIDE

Credi impunito
Passartela.

CHEREA

Perdonami sol questo
Unico fallo; e se più mai v'inciampo,
Allor mi uccidi.

TAIDE

Hai tu temuto forse
La durezza mia troppa?

CHEREA

No.

TAIDE

Che dunque?

CHEREA

Pitia temei, che a te non m'accusasse.

THAIS

Quid feceras?

CHAEREA

Paululum quiddam.

PYTHIAS

Eho, paululum, impudens?
An paulum hoc esse tibi videtur, virginem
Vitiare civem?

CHAEREA

Conservam esse credidi.

PYTHIAS

Conservam? vix me contineo, quin involem in
Capillum. Monstrum! etiam ultro derisum ad-
venit.

THAIS

Abin' hinc, insana?

PYTHIAS

Quid ita vero? debeam,
Credo, isti quidquam furcifero, si id fece-
rim;
Praesertim cum se servom fateatur tuum.

THAIS

Missa haec faciamus. Non te dignum, Chaerea,

TAIDE

Che fatto avevi?

CHEREA

Un fallicello.

PITIA

Or l'odi!

Un fallicello, sfacciatone? e lieve
Cosa ti par lo stupro, a una donzella
Libera cittadina?...

CHEREA

A me conserva

Io la stimai.

PITIA

Conserva? appena tengomi
Di non volarti sopra e scarmigliarti.
Mostro, anco viene a sbeffeggiarci.

TAIDE

Eh, pazza,

Tacerai tu?

PITIA

Perchè? davvero eh? torto
Gli si farebbe al furfantel, s'io bene
Lo scarmigliassi? e massime, quand'egli
Schiavo tuo non si niega.

TAIDE

A monte questo.

Fecisti: nam si ego digna hac contumelia
Sum maxume, at ut indignus qui faceres tamen.
Neque edepol, quid nunc consilii capiam, scio,
De virgine istac; ita conturbasti mihi
Rationes omnes, ut eam non possim suis,
Ita ut aequom fuerat, atque ut studui, tradere;
Ut solidum parerem hoc mihi beneficium, Chaerea.

CHAEREA

At nunc dehinc spero aeternam inter nos gratiam
Fore, Thais. Saepe ex hujusmodi re quapiam, et
Malo principio, magna familiaritas
Conflata est. Quid si hoc quispiam voluit Deus?

THAIS

Equidem pol in eam partem accipioque et volo.

CHAEREA

Imo ita quaeso. Unum hoc scito, contumeliae
Non me fecisse causa, sed amoris.

THAIS

Scio:

Cherea, di te cosa non degna festi:
Che se a me tale oltraggio assai si addice,
Troppo a te il farmel disdicca. Nè, in vero,
Che debba io di codesta vergin farmi
Avvisar so, tanto sturbato mi hai
Ogni partito ragionevol: darla
Com'era giusto, e com'io'l volli, a' suoi,
Più omai non posso; e un'occasion quest'era,
Cherea, per me di farmeli ben saldi
Amici miei.

CHEREA

Pur, da quest'oggi in poi
Io, Taide, spero che perpetua s'abbia
A far tra noi la pace. Un mal principio
Di simil fatta, ha generato spesso
Intrinsichezza grande. E così forse
Tra noi voleva un qualche Iddio.

TAIDE

La prendo
Dunque così, di core.

CHEREA

Anzi, ten prego.
Sappi, che voglia d'oltraggiarti a tanto
No non mi mosse; amor mi mosse.

TAIDE

Io'l seppi

Et pol propterea magis nunc ignosco tibi.
Non adeo inhumano ingenio sum, Chaerea,
Neque ita imperita, ut, quid amor valeat,
nesciam.

CHAEREA

Te quoque jam, Thais, ita me Dî bene ament,
amo.

PYTHIAS

Tum pol ab istoc tibi, hera, cavendum intelligo.

CHAEREA

Non ausim.

PYTHIAS

Nihil tibi quidquam credo.

THAIS

Desinas.

CHAEREA

Nunc ego te in hac re mihi oro ut adjutrix
sies:
Ego me tuae commendo et committo fidei:
Te mihi patronam capio, Thais: te obsecro:
Emoriar, si non hanc uxorem duxero.

THAIS

Tamen si pater.

Già prima, e quindi or tanto più mi trovi
Indulgente. Non son sì dura io poi,
Nè sì inesperta, o Cherea, ch'io non sappia
D'amor la possa.

CHEREA

Io te pur anche, o Taide,
Amo oramai; tale amin me gli Dei!

PITIA

Da costui poi, tel dico, hai da guardarti,
Padrona mia.

CHEREA

Ch'io ardissi?...

PITIA

Eh, niente affatto
Io credo in te.

TAIDE

Finisci, o Pitia.

CHEREA

Or, Taide,
Che tu mi appoggi in questo affar, scongiuroti;
Io m'accomando e affido a te; cliente
Io mi ti fo: deh! il vogli sì: morronne,
S'io non l'ottengo in moglie.

TAIDE

Ma, se il padre?...

CHAEREA

Quid? ah! volet, certo scio,
Civis modo haec sit.

THAIS

Paululum opperier
Si vis, jam frater ipse hic aderit virginis:
Nutricem arcessitum iit, quae illam aluit parvolam:
In cognoscendo tute ipse hic aderis, Chaerea.

CHAEREA

Ego vero maneo.

THAIS

Visne interea, dum venit,
Domi opperiamur potius, quam hic ante ostium?

CHAEREA

Imo percupio.

PYTHIAS

Quam tu rem actura, obsecro, es?

THAIS

Nam quid ita?

PYTHIAS

Rogitas? hunc tu in aedes cogitas
Recipere posthac?

THAIS

Cur non?

CHEREA

Che fia?... ma sì; certo il vorrà, pur ch'ella
Sia cittadina.

TAIDE

Un pocolin t'indugia,
Se il vuoi; quì in breve il suo fratel vedrai;
Che per la di lei balia, che bambina
Nutricolla, egli andava; e or or con essa
Tornato, udrai, Cherea, tu stesso il tutto.

CHEREA

Certo ch'io resto.

TAIDE

Ma, frattanto, in casa
Meglio aspettar non fia, che innanzi all'uscio?

CHEREA

Null' altro bramo, entriamo.

PITIA

Oh tu! che fai?

TAIDE

Che dunque c'è?

PITIA

E mel domandi? in casa
† Costui riporti dopo il fatto? e il pensi?

TAIDE

Perchè no?

PYTHIAS

Crede hoc meae fidei,
Dabit hic aliquam pugnam denuo.

THAIS

Au, tace, obsecro.

PYTHIAS

Parum perspexisse ejus videre audaciam.

CHAEREA

Non faciam, Pythias.

PYTHIAS

Non pol, credo, Chaerea,
Nisi si commissum non erit.

CHAEREA

Quin, Pythias,
Tu me servato.

PYTHIAS

Neque pol servandum tibi
Quidquam dare ausim, neque te servare.
Apage te.

THAIS

Adest optume ipse frater.

CHAEREA

Perii hercle. Obsecro,
Abeamus intro, Thais: nolo me in via

PITIA

Credi a me, costui porrassi
A un nuovo assalto.

TAIDE

Eh via; taci, ten prego.

PITIA

Poco, mi par, l'audacia sua pesasti.

CHEREA

Pitia, t'inganni; io starò queto.

PITIA

Affè,
Cherea, tel crederò quand'io ben visto
L'avrò con gli occhi miei.

CHEREA

Fa, Pitia, meglio;
Tommi in custodia tu.

PITIA

Per dio, nè darti
Nulla in custodia, nè in custodia torti,
Mi arrischiere'. Alla larga!

TAIDE

Ecco venirne
L'ottimo suo fratello.

CHEREA

Oimè! di grazia,
Entriamo, Taide: far vedermi in piazza

Cum hac veste videat.

THAIS

Quamobrem tandem? an quia pudet?

CHAEREA

Id ipsum.

PYTHIAS

Id ipsum? virgo vero!

THAIS

I prae, sequor.
Tu istic mane, ut Chremem introducas, Pythias.

SCENA TERTIA

PYTHIAS, CHREMES, SOPHRONA

PYTHIAS

Quid? quid venire in mentem nunc possit mihi?
Quidnam, qui referam sacrilego illi gratiam,
Qui hunc supposuit nobis?

CHREMES

Move vero ocius
Te, nutrix.

Non vo'con queste spoglie.

TAIDE

E perchè, in somma?
Te ne vergogni forse?

CHEREA

Appunto.

PITIA

Appunto!
Ma e la pulzella?...

TAIDE

Io sieguoti, precedi.
Tu, Pitia, aspetta d'introdur Creméte.

SCENA TERZA

PITIA, CREMETE, SOFRONA

PITIA

Che mai potrò, che immaginarmi io mai,
Per rendere a Parménon la pariglia?
A quel furfante, che all'Eunuco fea
Sottentrare costui....

CREMÉTE (1)

Ma viá, nutrice,
Fa un po'più presti i passi.

(1) A Sofróna.

SOPHRONA

Moveo.

CHREMES

Video, sed nil promoves.

PYTHIAS

Jamne ostendisti signa nutrici?

CHREMES

Omnia.

PYTHIAS

Amabo, quid ait? cognoscitne?

CHREMES

Ac memoriter.

PYTHIAS

Bene edepol narras: nam illi faveo virgini.
Ite intro: jamdudum hera vos exspectat domi.
Virum bonum eccum Parmenonem incedere
Video. Vide ut otiosus it, si Dis placet!
Spero me habere, qui hunc meo excruciem modo.
Ibo intro, de cognitione ut certum sciam:
Post exibo, atque hunc perterrebo sacrilegum.

SOFRONA

Io vengo.

CREMÉTE

Il veggo,

† Ma non arrivi.

PITIA

Le hai tu mostrato i segni già?

CREMÉTE

Sì, tutti.

PITIA

Che dice ella, di grazia? riconosceli?

CREMÉTE

E come! a mente li sapea.

PITIA

Davvero

Sta ben così: ch'io a quella donzelletta,
Portata assai mi sento. Entrate: è un pezzo
Già, che v'aspetta la padrona in casa.—
Ma, il galantuom Parménone, ecco, viene.
Ve'scioperone, affeddedieci! Io spero
D'avere or mezzo di ben ben tenerlo
In su la corda. Entrar vo'pria, per farmi
Certa de'segni appieno: uscirò quindi
A spaventar codesto *sconsagrato*.

SCENA QUARTA

PARMENO, PYTHIAS

PARMENO

Reviso, quidnam Chaerea hic rerum gerat.
Quod si astu rem tractavit, Di vostram fidem,
Quantam et quam veram laudem capiet Parmeno!
Nam ut mittam, quod ei amorem difficillimum, et
Carissimum ab meretrice avara; virginem
Quam amabat, eam confeci sine molestia,
Sine sumptu, sine dispendio. Tum hoc alterum,
Id vero est, quod ego mihi puto palmarium,
Me repperisse, quo modo adolescentulus
Meretricum ingenia et mores posset noscere;
Mature ut cum cognorit, perpetuo oderit.
Quae dum foris sunt, nihil videtur mundius,
Nec magis compositum quidquam, nec magis elegans.
Quae cum amatore suo cum coenant, liguriunt.
Harum videre inluviem, sordes, inopiam,

SCENA QUARTA

PARMENONE, poi PITIA

PARMÉNONE

Torno a vedere un po', che diavol faccia
Cherea da Taide. S'egli accorto è stato
Nel maneggiar la cosa, affè che molta
E vera lode ricader ne debbe
Su Parménone: e quanto! Perchè, inoltre
Ch'io in tal difficilissimo capriccio,
E a comprarsi carissimo, dall'ugne
Di meretrice avara lui sbrigava;
Inoltre ch'io la vergin gli sbrigava
Senza molestia niuna, o spesa, o danno;
Quest'altro è il più, di cui ben merto io palma,
D'aver da un giovinetto a tempo appunto
Fatte conoscer, e abborrire quindi,
Le meretrici; e'lor costumi ed arti,
Finch'ei vivrà. Vederle fuori, è un oro;
Non v'è le più eleganti, o più composte,
Di quel che pajon esse: ma, il vederle
In casa poi; schifenze! cenan elle
Col loro amante? biascican svogliate:

Quam inhonestae solae sint domi, atque avidae cibi,
Quo pacto ex jure hesterno panem atrum vorent:
Nosse omnia haec, salus est adolescentulis.

PYTHIAS

Ego pol te pro istis dictis et factis, scelus,
Ulciscar; ut ne impune in nos inluseris.

SCENA QUINTA

PYTHIAS, PARMENO

PYTHIAS

Proh Deum fidem! facinus foedum! O infelicem adolescentulum!
O scelestum Parmenonem, qui istum huc adduxit!

PARMENO

Quid est?

PYTHIAS

Miseret me. Itaque, ut ne viderem, misera huc effugi foras.
Quae futura exempla dicunt in eum indigna?

Son elle sole in casa? a due ganasce
Pan nero in broda rancida inzuppato
Divoransi: sozzure, sudiciume,
Grettezza; tutto questo da vicino
Ben visto, sana i giovinetti in tempo.

PITIA [1]

Per dio, di questi e detti e fatti tuoi
Vendetta avrò, furfante: nè impunite
Saran tue beffe.

SCENA QUINTA

PITIA, PARMENONE

PITIA [2]

Oh giusto Giove! oh infame
Delitto! oh sventurato giovanetto!
Oh Parménone reo, che quì lo addusse!

PARMÉNONE

Che grida sono?

PITIA

Oh qual pietà ne sento!
Per non vederlo (ahi misera!) fuggivami
Fuor della casa io quì.... Chi sa, qual farne
Fero esempio si apprestano!...

[1] Da se.
[2] Facendosi vedere.

PARMENO

O Jupiter!
Quae illaec turba est? numnam ego perii?
adibo. Quid istuc, Pythias?
Quid ais? in quem exempla fient?

PYTHIAS

Rogitas, audacissime?
Perdidisti istum, quem adduxti pro eunucho,
adolescentulum,
Dum studes dare verba nobis.

PARMENO

Quid ita? aut quid factum est? cedo.

PYTHIAS

Dicam. Virginem istam, Thaidi hodie quae
dono data est,
Scis eam civem hinc esse? et fratrem ejus esse
adprime nobilem?

PARMENO

Nescio.

PYTHIAS

Atqui sic inventa est. Eam iste vitia-
vit miser.
Ille ubi id rescivit factum frater violentissi-
mus.

PARMÉNONE

Oh gran Giove!
Che chiasso evvi là entro? son io forse
Scoperto, e rovinato? udiam da presso.
Che fai, Pitia, costì? che dici? in cui,
Fero esempio si appresta?

PITIA

Sfacciatissimo,
Chiedermel'osi? Mentre a noi ficcarla
Tu t'ingegnavi, hai tratto a mal partito
Il giovanetto, cui fingesti Eunuco.

PARMÉNONE

Come? che avvenne? pregoti.

PITIA

Dirottelo.
Sai tu, che questa vergine, oggi in dono
Da Trasón data a Taide, cittadina
D'Atene ell'è? ch'ell'è sorella pure
D'uno de' nostri barbassori?

PARMÉNONE

No ch.

PITIA

Eppure ell'è così. Codesto tuo
Sciagurato, stupravala: il che, udito
Dal suo fratel, ch'è un uomo bestialissimo...

PARMENO

Quidnam fecit?

PYTHIAS

Conligavit primum eum miseris modis

PARMENO

Conligavit?

PYTHIAS

Atque equidem orante, ut ne id faceret, Thaide.

PARMENO

Quid ais?

PYTHIAS

Nunc minitatur porro, sese id, quod moechis solet:
Quod ego nunquam vidi fieri, neque velim.

PARMENO

Qua audacia
Tantum facinus audet?

PYTHIAS

Quid ita tantum?

PARMENO

An non hoc maxumum est?
Quis homo pro moecho unquam vidit in domo meretricia
Prehendi quemquam?

PARMÉNONE

Che mai fec'egli?

PITIA

A bella prima il prese,
E miserabilmente lo legò....

PARMÉNONE

Legollo?

PITIA

Sì; benchè il pregasse assai
Taide di ciò non fare.

PARMÉNONE

Oimè! che dici?

PITIA

Ed or davvero il minaccia di fargli
Ciò che fassi agli adulteri; ciò ch'io
Nè ho visto far, nè il vorrei veder mai.

PARMÉNONE

Come ardisc'egli un tal delitto?

PITIA

Come,
Delitto? è poi sì grande?...

PARMÉNONE

Havvi il maggiore?
Chi vide mai d'una sgualdrina in casa
Preso alcun come adultero?

PYTHIAS

Nescio.

PARMENO

At ne hoc nesciatis, Pythias,
Dico, edico vobis, nostrum esse illum heri-
lem filium.

PYTHIAS

Hem!
Obsecro, an is est?

PARMENO

Ne quam in illum Thais vim fieri sinat.
Atque adeo autem cur non egomet intro eo?

PYTHIAS

Vide, Parmeno,
Quid agas, ne neque illi prosis, et tu pereas.
Nam hoc putant,
Quidquid factum est, ex te esse ortum.

PARMENO

Quid igitur faciam miser?
Quidve incipiam? ecce autem, rure video
redeuntem senem.
Dicam huic, an non? dicam hercle; etsi mihi
magnum malum
Scio paratum. Sed necesse est, huic ut sub-
veniat.

PITIA

Di questo
Io poi non so.

PARMÉNONE

Ma, perchè altro sappiate,
Dicoti, Pitia, e ad alta voce il dico,
Ch'egli è costui del mio padrone il figlio.

PITIA

Oh oh! di grazia, è egli tale?

PARMÉNONE

Bada,
Che violenza oprare in lui non lasci
Taide. — † Ma, perchè non entrarvi io stesso?

FITIA

A quel che fai ben tu, Parménon, bada;
Che senza nulla a lui giovar, potresti
Perder te stesso. La cagion di tutto,
Danno là entro a te.

PARMÉNONE

Che dunque farmi,
Meschino me? dove far capo?.... Oh! veggo,
Ecco, tornar di villa il vecchio padre.
Gliel dico, o no? sì, sì, per dio, bench'alti
Guai mi s'apprestin; ma ajutar pur dessi
Cherea in periglio.

PYTHIAS

Sapis.

Ego abeo intro; tu isti narrato omnem ordine rem, ut factum siet.

SCENA SEXTA

LÄCHES, PARMENO

LACHES

Ex meo propinquo rure hoc capio commodi:
Neque agri, neque urbis odium me unquam percipit.
Ubi satias coepit fieri, commuto locum.
Sed estne ille noster Parmeno? et certe ipsus est.
Quem praestolare, Parmeno, hic ante ostium?

PARMENO

Quis homo est? hem, salvum te advenisse, here, gaudeo.

LACHES

Quem praestolare?

PARMENO

Perii. Lingua haeret metu.

PITIA

Saviamente parli.
Io mi ritraggo in casa, e tu a puntino
Al padre narra, com'è andato il fatto.

SCENA SESTA

LACHETE, PARMENONE

LACHÉTE

Bel comodo, la villa in vicinanza:
Così a noja non viemmi mai, nè il campo,
Nè la città; la sazietà prevengo
Così, col mutar luogo. — Ma, non veggo
Io là Parménon mio? certo; gli è desso.
Chi aspetti tu, Parménon, quì su l'uscio?

PARMÉNONE

Chi parla? oh oh! il padróne? ben venuto.

LACHÉTE

Chi aspetti tu?

PARMÉNONE [1]

Son morto: mi si appiccica,
Dal gran timor, la lingua.

[1] Da se.

LACHES

Hem!
Quid est? quid trepidas? satin' salvae? dic mihi.

PARMENO

Here, primum te arbitrari id, quod res est, velim:
Quidquid hujus factum est, culpa non factum est mea.

LACHES

Quid?

PARMENO

Recte sane interrogasti: oportuit
Rem praenarrasse me. Emit quendam Phaedria
Eunuchum, quem dono huic daret.

LACHES

Cui?

PARMENO

Thaidi.

LACHES

Emit? perii hercle. Quanti?

PARMENO

Viginti minis.

LACHES

Actum est.

LACHÉTE

, Ebben? ched è?
Di che stai dubbio? havvi alcun mal? favella.

PARMÉNONE

Padron, vorrei da pria, che tu pigliassi
La cosa per quel ch'è: quanto gli accadde,
Non è per colpa mia.

LACHÉTE

Qual cosa?

PARMÉNONE

Ah! buona
Domanda fai: vedo, ch'io pria dovea
Porti in chiaro la cosa. Un certo Eunuco
Fedria comprava per darlo a costei....

LACHÉTE

A chi?

PARMÉNONE

A Taide.

LACHÉTE

Compravalo? Oimè! Caro?

PARMÉNONE

Mine venti.

LACHÉTE

Son spiccio.

PARMENO

Tum quandam fidicinam amat hic Chaerea.

LACHES

Hem! Quid? amat? an scit jam ille, quid meretrix siet?
An in astu venit? aliud ex alio malum.

PARMENO

Here, ne me spectes: me impulsore haec non facit.

LACHES

Omitte de te dicere. Ego te, furcifer,
Si vivo. Sed istuc, quidquid est, primum expedi.

PARMENO

Is pro illo eunucho ad Thaidem hanc deductus est.

LACHES

Pro eunuchon'?

PARMENO

Sic est. Hunc pro moecho postea

PARMÉNONE

Evvi anco l'altro,
Cherea, che d'una certa citarista
È innamorato.

LACHÉTE

Ohi! come? innamorato?
Lo sbarbatello, ed ei già sa di donne?
Forse ei lasciò il Piréo? venne in Atene?
Quì un mal dall'altro, nasce.

PARMÉNONE

In me, padrone,
Non *torveggiare*, deh! Non io il motore
Son dell'imprese sue.

LACHÉTE

Di te tralascia
Or di parlar; ch'io te, briccon, s'io campo....
Ma, sia che vuolsi, spicciati, su, dimmi
Prima quel ch'è.

PARMÉNONE

Di quell'Eunuco in vece
Fu presentato a Taide Cherea.

LACHÉTE

Come?
In vece dell'Eunuco?

PARMÉNONE

Sì, davvero:

Comprehendere intus, et constrinxere.

LACHES

Occidi.

PARMENO

Audaciam meretricum specta.

LACHES

Numquid est
Aliud mali damnive, quod non dixeris,
Reliquom?

PARMENO

Tantum est.

LACHES

Cesso huc introrumpere?

PARMENO

Non dubium est, quin mihi magnum ex hac re sit malum,
Nisi quia necesse fuit hoc facere. Id gaudeo,
Propter me hisce aliquid esse eventurum mali.
Nam jamdiu aliquam causam quaerebat senex,
Quamobrem insigne aliquid faceret his. Nunc repperit.

E poscia, come adultero, là dentro
L'hanno preso e legato.

LACHÉTE

Oimè! che ascolto?...

PARMÉNONE

Mira sfacciate meretrici!

LACHÉTE

Havvi altro
Di peggio forse, che taciuto m'abbi?

PARMÉNONE

Quest'è il tutto.

LACHÉTE

Che tardo? a forza, in casa
Proromper voglio. [1]

PARMÉNONE [2]

Eh, non v'è dubbio niuno;
Di questo affar, senz'altro, ho da toccarne,
E delle buone; ma, che farci? a forza
Così ho dovuto regolarmi. Piacemi,
Ch'io almen così fo un qualche brutto giuoco
A codeste sgualdrine. Già da un pezzo,
Con esse il vecchio un appiccagnol cerca:
Or l'ha trovato; e gne ne farà grossa.

[1] Si fa aprire da Taide.
[2] Solo.

SCENA SEPTIMA

PYTHIAS, PARMENO

PYTHIAS

Nunquam edepol quidquam jamdiu, quod magis vellem evenire,
Mi evenit, quam quod modo senex intro ad nos venit errans.
Mihi solae ridiculo fuit, quae, quid timeret, scibam.

PARMENO

Quid hoc autem est?

PYTHIAS

Nunc id prodeo, ut conveniam Parmenonem.
Sed ubi obsecro, est?

PARMENO

Me quaerit haec.

PYTHIAS

Atque eccum video. Adibo.

PARMENO

Quid est, inepta? Quid tibi vis? quid rides? pergin'?

SCENA SETTIMA

PITIA, PARMENONE

PITIA

Affè, cosa più acconcia non mi accadde
Di questa, mai; che il vecchio appunto in casa
Ingannato or ci capita. A me sola
Ei diè che rider; che sapeva io sola
Quel ch'ei temesse.

PARMÉNONE

A che costei quì torna?

PITIA

Ora a trovar Parménone quì riedo.
Ma, dov'è egli mai?

PARMÉNONE

Di me ricerca.

PITIA

Eccolo; a lui n'andrò.

PARMÉNONE

Ched è, sciocchetta?
Che vuoi tu? di che ridi? or via, finisci?

PYTHIAS

Perii.

Defessa jam sum misera te ridendo.

PARMENO

Quid ita?

PYTHIAS

Rogitas?

Nunquam pol hominem stultiorem vidi, nec videbo. Ah,

Non satis potest narrari, quos ludos praebueris intus.

At etiam primo callidum ac disertum credidi hominem.

Quid? illicone credere ea, quae dixi, oportuit te?

An poenitebat flagitii, te auctore quod fecisset

Adolescens, ni miserum insuper etiam patri indicares?

Nam quid illi credis animi tum fuisse, ubi vestem vidit

Illam esse eum indutum pater? quid? jam scis te periisse?

PARMENO

Hem! quid dixti, pessuma? an mentita es? etiam rides?

Itan' lepidum tibi visum est, scelus, nos irridere?

PITIA

Io scoppio; oimè! non ne posso più omai,
Dal gran rider di te.

PARMÉNONE

Come?...

PITIA

Il domandi?
Visto non ho, per dio, nè vedrò al mondo
L'uom più stolto di te. Non v'è parole,
Per dir quali risate a spese tue
Là entro femmo. E'infino ad or ti tenni
Io per astuto e scaltro? il sei, davvero.
E ti succiasti a bella prima quante
Io te ne dava? ovver ti rincrescea,
Che iniquità per mezzo tuo commessa
Dal giovinetto, all'infelice padre
Non fosse anco narrata per tuo mezzo?
E quando ei vide entro l'Eunuche spoglie
Il figlio, pensa in quale angustia entrava
Il buon vecchio. Eh, già il sai, che tu se' fritto.

PARMÉNONE

Eh? che di' tu, ribalda? eran menzogne?...
E ridi ancora?... Sciagurata, parti
La bella celia or di beffarmi ancora?

PYTHIAS

Nimium.

PARMENO

Siquidem istuc impune habueris.

PYTHIAS

Verum.

PARMENO

Reddam hercle.

PYTHIAS

Credo:

Sed in diem istuc, Parmeno, est fortasse, quod minitare.
Tu jam pendebis, qui stultum adolescentulum nobilitas
Flagitiis, et eundem indicas. Uterque in te exempla edent.

PARMENO

Nullus sum.

PYTHIAS

Hic pro illo munere tibi honos est habitus. Abeo.

PARMENO

Egomet meo indicio, miser, quasi sorex, hodie perii.

PITIA

Oh! bella, sì.

PARMÉNONE

La farai franca, forse?

PITIA

Certo, anzi.

PARMÉNONE

Sì eh? per dio, ricatterommi.

PITIA

Il credo; ma c'è un pezzo di quì allora;
E pagherai frattanto tu, che illustri
Un giovincello scioccarel, col fargli
Scelleratezze compier, che tu stesso
Riveli poi. Buona mercè n'avrai,
E dal padre, e dal figlio.

PARMÉNONE

Io son disfatto.

PITIA

Così i tuoi doni io contraccambio. Addio.

PARMÉNONE

Oimè! alla schiaccia or mi son preso io stesso.

SCENA OCTAVA

GNATHO, THRASO

GNATHO

Quid nunc? qua spe, aut quo consilio huc imus? quid inceptas, Thraso?

THRASO

Egone? ut Thaïdi me dedam, et faciam quod jubeat.

GNATHO

Quid est?

THRASO

Qui minus, quam Hercules servivit Omphale?

GNATHO

Exemplum placet.
Utinam tibi commitigari videam sandalio caput.
Sed fores crepuerunt ab ea.

THRASO

Perii! quid hoc autem est mali?
Hunc ego nunquam videram etiam. Quidnam properans hinc prosilit?

SCENA OTTAVA

GNATONE, TRASONE, PARMENONE [1]

GNATÒNE

Ed ora poi? con quale avviso o speme
C'inoltriam noi? che vuoi tu far, Trasóne?

TRASONE

Io? render vommi a Taide prigioniero,
Ed obbedirla in tutto.

GNATONE

Oh! come?

TRASONE

E, forse
Ligio ad Onfále Ercol non fessi?

GNATONE

Esemplo
Alto è; mi piace. — Potess'io vederti
Di Taide il piè su la *collotolaccia!*
Ma s'apre l'uscio quivi.

TRASONE

Oh me meschino!
Chi diavol è costui, che n'esce? Io pria
Mai nol vedeva. E a fretta ei sbalza fuori?

(1) In disparte

SCENA NONA

CHAEREA, PARMENO, GNATHO, THRASO

CHAEREA

O Populares, ecquis me vivit hodie fortunatior?
Nemo hercle quisquam: nam in me plane Di potestatem suam
Omnem ostendere, cui tam subito tot congruerint commoda.

PARMENO

Quid hic laetus est?

CHAEREA

O Parmeno mi, o mearum voluptatum omnium
Inventor, inceptor, perfector, scin' me in quibus sim gaudiis?
Scis Pamphilam meam inventam civem?

PARMENO

Audivi.

CHAEREA

Scis sponsam mihi?

SCENA NONA

CHEREA, PARMENONE, CNATONE, TRASONE

CHEREA

Vedeste mai, Concittadini, un uomo
Di me più fortunato? nullo, al certo;
Nullo mai: che ostentato in me gli Dei
Han la lor possa tutta, in sì brev'ora
Dandomi tanti inaspettati beni.

PARMÉNONE

Di che mai tanto gode?

CHEREA

O mio dolcissimo
Parménone, inventor, cominciatore,
Compitore di tutti i gaudj miei,
Non sai tu quale or me letizia inondi?
Sai, che Panfila mia, s'è cittadina?

PARMÉNONE

Dirlo udii.

CHEREA

Ch'è mia sposa?

PARMENO

Bene, ita me Dii ament, factum.

GNATHO

Audin' tu, hic quid ait?

CHAEREA

Tum autem Phaedriae
Meo fratri gaudeo amorem esse omnem in tranquillo: una est domus:
Thais patri se commendavit: in clientelam et fidem
Nobis dedit se.

PARMENO

Fratris igitur Thais tota est.

CHAEREA

Scilicet.

PARMENO

Jam hoc aliud est, quod gaudeamus: miles pellitur foras.

CHAEREA

Tum tu, frater ubi ubi est, fac quam primum haec audiat.

PARMÉNONE

Al ciel sia lode!
Sta ben così.

GNATONE (1)

Quanto ei gli dice, l'odi?

CHEREA

Piacemi inoltre, che il mio Fedria in pace
Goder potrà dell'amor suo: si è posta
Taide ora sotto il patrocinio espresso
Del padre nostro, e tutta in noi si affida.

PARMÉNONE

Pel tuo solo fratello or dunque stassi
Taide intera.

CHEREA

Interissima.

PARMÉNONE

Si aggiunge
Dunque a noi pure un'altra bella festa;
Veder cacciar Trasóne.

CHEREA

Or tu, per ogni
Parte, di Fedria cerca, e fa ch'ei tosto
Il tutto sappia.

(1) A Trasóne, ambi in disparte.

PARMENO

Visam domum.

THRASO

Numquid, Gnatho, tu dubitas, quin ego nunc perpetuo perierim?

GNATHO

Sine dubio, opinor.

CHAEREA

Quid commemorem primum, aut laudem maxume?
Illumne, qui mihi consilium dedit, ut facerem; an me, qui ausus sim
Incipere? an fortunam collaudem, quae gubernatrix fuit,
Quae tot res, tantas, tam opportune in unum conclusit diem? an
Mei patris festivitatem et facilitatem? O Jupiter,
Serva, obsecro, haec nobis bona.

PARMÉNONE (1)

Il cercherò pria in casa.

TRASONE

Non tieni or tu, Gnatón, per certo, ch'io
Son spicciato per sempre?

GNATONE

Per certissimo.

CHEREA (2)

Qual pria nomar, qual pria laudare? o quello,
Che un tal consiglio diemmi; o me, che ardito
D'intraprenderlo fui? Degg'io più laude
Alla Fortuna, che al timon seduta
Fra tanto mare in un sol dì pur tragge
Mio legno in porto; o alla benigna umana
Pieghevolezza giovíal del padre?
Giove, ten prego, un sì gran ben mi serba.

(1) Entrando.
(2) Da sè.

SCENA DECIMA

PHAEDRIA, CHAEREA, GNATHO, THRASO

PHAEDRIA

Di vostram fidem! incredibilia
Parmeno modo quae narravit! sed ubi est frater?

CHAEREA

Praesto adest.

PHAEDRIA

Gaudeo.

CHAEREA

Satis credo. Nihil est Thaide hac, frater, tua
Dignius quod ametur; ita nostrae omni est fautrix familiae.

PHAEDRIA

Hui!
Mihi illam laudas?

THRASO

Perii! quanto minus spei est, tanto magis amo.

SCENA DECIMA

FEDRIA, CHEREA,
GNATONE, TRASONE

FEDRIA

Oh giusti Dei! che incredibili cose
Narrommi or mai Parménone!... Ma, dove,
Dov'è il fratello?

CHEREA

Eccolo a te.

FEDRIA

Mia gioja
È immensa.

CHEREA

Il credo. Non v'è donna al mondo
Che amor più merti, o fratello, di questa
Taide tua; così ben di cuore affetta
A noi tutti la veggo.

FEDRIA

Oh! le gran cose
Tu me ne di': fors'io nol so?

TRASONE

Son morto.
E vie più l'amo, quant'io men la spero.

Obsecro, Gnatho, in te spes est.

GNATHO

Quid vis faciam?

THRASO

Perfice hoc
Precibus, pretio, ut haeream in parte aliqua
tandem apud Thaidem.

GNATHO

Difficile est.

THRASO

Si quid conlibuit, novi te. Hoc si effeceris,
Quodvis donum et praemium a me optato, id
optatum feres.

GNATHO

Itane?

THRASO

Sic erit.

GNATHO

Si efficio hoc, postulo ut tua mihi
domus,
Te praesente, absente, pateat, invocato ut
sit locus
Semper.

THRASO

Do fidem futurum.

In te, Gnatóne, omai solo in te spero.

GNATONE

Che ho da far io?

TRASONE

Tentar, con preghi e doni,
Di appiccicarmi in qualche modo a Taide.

GNATONE

Vuol esser duro.

TRASONE

Eh, se una cosa vuoi,....
Ben ti conosco,.... Or via, se a ciò riesci,
Qual che da me dono o mercè tu brami,
Tua brama avrai.

GNATONE

Davvero?

TRASONE

Affè.

GNATONE

S'io a tanto
Riesco or dunque, pattuíto resti
Fra noi, ch'io sempre, e alla tua mensa e in casa,
Chiamato o no, presente o assente sii,
Ch'io v'abbia un posto sempre.

TRASONE

Tel prometto.

GNATHO

Accingar.

PHAEDRIA

Quem ego hic audio?

O Thraso.

THRASO

Salvete.

PHAEDRIA

Tu fortasse, quae facta hic sient,

Nescis.

THRASO

Scio.

PHAEDRIA

Cur te ergo in his ego conspicor regionibus?

THRASO

Vobis fretus.

PHAEDRIA

Scin' quam fretus? miles, edico tibi,

Si te in platea offendero hac post unquam, quod dicas mihi,

Alium quaerebam, iter hac habui; periisti.

GNATONE

Porrommi all'opra.

FEDRIA [1]

Oh! chi costà favella?
Oh! Trasóne?

TRASONE

Salute a lor signori.

FEDRIA

Quanto avvien quì, tu nol sai forse.

TRASONE

Eh, tutto
So.

FEDRIA

Come adunque va, che ancor ti veggo
In queste vicinanze?

TRASONE

Sotto a' vostri
Auspicj.

FEDRIA

Eh via; che auspicj, e non auspicj?
Messer soldato, i' te la canto chiara;
S' io d'ora in poi su questa piazza incappo
In te più mai, t'avrai bel dir, che andavi
Per questa strada altrove; e sarà fatta
Di te.

[1] Dopo aver udito in disparte.

GNATHO

Eia, haud sic decet.

PHAEDRIA

Dictum est.

GNATHO

Non cognosco vostrum tam superbum.

PHAEDRIA

Sic erit.

GNATHO

Prius audite paucis; quod cum dixero, si placuerit,
Facitote.

PHAEDRIA

Audiamus.

GNATHO

Tu concede paulum istuc, Thraso.
Principio, ego vos ambos credere hoc mihi vehementer velim,
Me, hujus quidquid faciam, id facere maxume causa mea:
Verum si idem vobis prodest, vos non facere, inscitia est.

PHAEDRIA

Quid id est?

GNATHO

Militem ego rivalem recipiundum censeo.

GNATONE

Via poi, non istà bene questo.

FEDRIA

E ciò sia detto.

GNATONE

Non so, qual di voi
Così intrattabil fia....

FEDRIA

Sarò quell'io.

GNATONE

Ma pria uditemi un po'; se mia proposta
Poi gradiravvi, eseguirete....

FEDRIA

Udiamo.

GNATONE

Trasón, tu fatti un poco in là. — Da prima
Voi due fratelli caldamente io prego,
Di ben creder che quanto io fo per esso,
Il fo più assai per me. Ma pur, se a voi
Quant'io propongo giova, ora il non farlo
Imperizia fia in voi.

FEDRIA

Di'su.

GNATONE

Costui, mi avviso,
Che a tollerarlo abbi rival...

PHAEDRIA

Hem!

Recipiundum?

GNATHO

Cogita modo. Tu hercle cum illa, Phaedria,

Et libenter vivis, etenim bene libenter victitas.

Quod des paululum est, necesse est multum accipere Thaidem,

Ut tuo amori suppeditare possit sine sumtu tuo. Ad

Omnia haec magis opportunus, nec magis ex usu tuo,

Nemo est. Principio, et habet quod det, et dat nemo largius.

Fatuus est, insulsus, tardus stertit noctes et dies.

Neque tu istum metuas, ne amet mulier; pellas facile, ubi velis.

PHAEDRIA

Quid agimus?

GNATHO

Praeterea hoc etiam, quod ego vel primum puto;

FEDRIA

Trasónc?

Tollerarlo?

GNATONE

Deh, pensaci. Con Taide
Tu ci fai vita volentier per dio,
Perchè a sguazzar, Fedria, ti piace. Il tuo,
Che a lei puoi dare, è pocolino; c a Taide
Ricever molto è d'uopo, per scialarsela
Teco, senza fiaccarti. A queste tutte
Bisogne vostre, il più opportuno al mondo
Non trovereste di costui. Da prima
Trasóne è abbiente, e nullo è più donante:
Poi, sciocco egli è, scipíto, dormiglione
Chè russa e notte e dì: cotal rivale
Non dee certo turbarti; amarlo mai
Taide non può; bensì cacciarlo a tua
Posta tu il puoi, tosto che il vogli.

FEDRIA [1]

Or dunque
Che farem noi?

GNATONE

V'aggiungi anco quest'altra,
Che a mio parer va prima: ch'ei fa mensa

[1] Al fratello.

Accipit homo nemo melius prorsum, neque prolixius.

PHAEDRIA

Mirum, ni illoc homine quoquo pacto opus est.

CHAEREA

Idem ego arbitror.

GNATHO

Recte facitis. Unum etiam hoc vos oro, ut me in vostrum gregem
Recipiatis. Satis diu hoc jam saxum volvo.

PHAEDRIA

Recipimus.

CHAEREA

Ac libenter.

GNATHO

At ego pro istoc, Phaedria, et tu Chaerea,
Hunc comedendum et deridendum vobis propino.

CHAEREA

Placet.

PHAEDRIA

Dignus est.

Costui preziosa; tal, che nè la meglio,
Nè la più ricca v'ha.

FEDRIA

Per dio, non evvi
Mezzo di farla senza un cotant'uomo.

CHEREA

Affè, così la credo anch'io.

GNATONE

La vera
Strada or pigliate. Un'altra cosa ancora
A chiedervi mi resta; che accettiatemi
Per un di vostra banda: assai ven prego;
Che omai son stanco di trar la carretta
Di cotestui.

FEDRIA

Sarai de' nostri.

CHEREA

Ho gusto.

GNATONE

E in contraccambio, io servirovvi un piatto
Da mangiare e da rider di costui.

CHEREA

Sì, sì.

FEDRIA

Ben egli il merita.

GNATHO

Thraso, ubi vis, accede.

THRASO

Obsecro te, quid agimus?

GNATHO

Quid? isti te ignorabant. Postquam eis mores ostendi tuos,
Et collaudavi secundum facta et virtutes tuas,
Impetravi.

THRASO

Bene fecisti. Gratiam habeo maxumam.
Nunquam etiam fui usquam, quin me omnes amarent plurimum.

GNATHO

Dixin' ego vobis, in hoc esse Atticam elegantiam?

PHAEDRIA

Nil praeter promissum est.

GNATHO

Ite hac. Vos valete, et plaudite.

GNATONE

Trasóne,
Ora, a tua posta, appressati.

TRASONE

Che dunque
Conchiuso abbiam, di grazia?

GNATONE

Che conchiuso?
Costoro te mal conoscean; ma poscia
Ch'io ebbi lor mostrati, e collaudati
I tuoi costumi virtuosi, a guisa
Che il mertan, t'ho impetrato quanto vuoi.

TRASONE

Oh! bene, bene. Assai ten rendo io grazie.
Non son io stato, in nessun luogo io mai,
Che, per dir ver, non mi adorasser tutti.

GNATONE

Non vel diss'io, che l'Attica eleganza
È innata in lui?

FEDRIA

Quanto hai promesso, ei tiene.

GNATONE

Per questa parte andiamcene. — A voi dunque,
Spettatori, salute; e plauso a noi.

78551



BIBLI